ὁμοίως ὑ γεγράφθαι τοῖς ἀνεγνωσμένοις. ἅτοι μὲν γὰ τὸ λεγόμενον, ὁμολογούμενον ἀεὶ τοῖς πρόσθεν λόγοις, καὶ συγκεχλιμένον ἔχουσιν. ἐν ᾧ τούτῳ τἀναντίον διαλύσας γὰ ἀπὸ τῶν ὑστέρων, καὶ χωρίσας, ὥσπερ τὰ καλούμενα κεφάλαια ποιήσας, πειρῶμαι διὰ βραχέων ἕκαστον ὧν συμβουλεύω φράζειν. τούτου δ' ἕνεκα ταύτην ἐπιποιούμην τὴν ὑπόθεσιν, ἡγούμενος ἐκ τοῦ παραινεῖν τῷ τε διάνοιαν τὴν ἐκείνου μάλιστ' ἂν ὠφελῆσειν, καὶ τὸν τρόπον ἢ ἐμαυτὸν τάχιστα διαφάσειν. διὰ τοῦτο αὐτὸν ὑ ταύτην πρόφασιν καὶ νῦν αὐτὴν ὑμῖν δεῖξαι πρόκειμαι, ὐχ ὡς ἄρισα τῶν λοιπῶν λόγων γεγραμμένον, ἀλλ' ὡς ἐκ τούτου μάλιστα φανερὸς γενησόμενος, ὃν τρόπον εἰθισμαι τοῖς ἰδιώταις καὶ τοῖς δυνάσταις προσφέρειν. Φανήσομαι γὰ πρὸς αὐτὴν ἐλευθέρως. καὶ τῆς

eodem modo scripta est, quo eæ quæ jam lectæ sunt. Nam in illis quicquid dicitur, id cum superioribus perpetua serie cohæret, ac devinctum est: in hac contrarium fit. Dissolutas enim & distinctas à prioribus præceptiones in capita, quæ vocantur, redegi: ac omnia quæ suadeo, paucis explicare conor. Hac autem de causa id argumentum tractavi, quòd existimabam, monendo, præcipiendóque me & ejus ingenio maximas utilitates allaturum, & mores meos optimè demonstraturum. Qua etiam de causa nunc vobis eam ostendere constitui, non quòd inter cæteras optimè scripta sit, sed quod ex ea rectissimè cognosci queat, quo pacto & cum privatis hominibus, & cum principibus viris agere soleam. Apparebit enim, me liberè & è

dignitate

dignitate noſtræ civitatis cum eo diſſeruiſſe, nec diuitiis illius nec potentiæ adulatum, ſed & populi cauſam egiſſe, & ipſam gubernationẽ, quantum in me quidem fuit, quàm fieri poſſet leniſſimam conſtituiſſe. Quòd ſi cum rege agens, populo patrocinat⁹ ſum: quanto magis in republica populari verſantibus hortator ero colendæ multitudinis? Ac in exordio quidem, & primo veluti limine orationis, reprehendo principes: qui, cùm mentem excolere & exercere ingenium præter cæteros deberent, pejus inſtituti ſint idiotis. Ea diſputatione abſoluta, Nicoclẽ moneo, nè ſocordiæ indulgeat, néve ità remiſſo animo ſit, quaſi regnum tanquam ſacerdotium ſuſcepiſſet: ſed ut ſpretis voluptatibus, animum rebus gerendis in-

πόλεως ἀξίως διειλεγμένος, καὶ ὃ τὸν ἐκείνου πλοῦτον, ἢ τὴν τῶν δυνάμεων δεραπείαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄρχουσιν ἐπαμύνων, καὶ παρασκευάζων καθ' ὅσον ἠδυνάμην τῷ πολίτευμα αὐτῷ, ὡς οἷόν τε ἡμερωτάτην. ὅπερ ὁ βασιλεὺς διαλεγόμενος, ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ λόγους ἐποιούμην, ἅτε τοῖς ἐν δημοκρατίᾳ πολιτευομένοις, σφόδρ' ἂν παρακελευσάμενον τὸ πλῆθος θεραπεύειν. ἐν μὲν οὖν τῷ προοιμίῳ καὶ τοῖς πρώτοις λεγομένοις, ἐπιμέμφομαι τοῖς μὲν ἄρχουσι, ὅτι δέον αὐτοὺς τῷ φρόνησιν ἀσκεῖν μᾶλλον τῆς ἄλλων, οἱ χείρονα πεπαίδευνται τῶν ἰδιωτῶν. διαλεχθεὶς δὲ περὶ τούτων, παραινῶ τῷ Νικοκλεῖ μὴ ῥαδυμεῖν, μηδ' ὥσπερ ἱερωσύνην εἰληφότα τὴν βασιλείαν, ἀμελῶς ἔχειν· ἀλλὰ τῆς ἡδονῶν ἀ-

μελήσαντα, προσέχειν τὸν νοῦν πράγμασιν.

ὅπ-

ὁπ χειρῶ ἢ ἢ τῦτο πεί-
θειν αὐτὸν, ὡς χρὴ
δεινὸν νομίζειν, ὅταν
ὁρᾷ τὸν χείρους τῶν
χρειττόνων ἄρχοντας, ἢ
τὸν ἀνοητοτέρους τοῖς
φρενιμωτέροις προστάτ-
τοντας, λέγων ὡς ὅσῳ μᾶ-
λον ἐξαμαρτάνεσθαι τινὰ
τῶν ἄλλων ἄγνοιαν ἀ-
τιμάσῃ, τοσούτῳ μᾶλλον
τινὰ αὐτὸς διάνοιαν ἀ-
σκήσει.

tendat. Illud etiam ei perſuadere conor, abſurdiſſimam rem exiſtimandam eſſe, ſi videat deteriores dominari præſtantioribus, & ſtolidiores imperare prudentioribus : atque affirmo, quanto magis aliorum inſcitiam contempſerit, tanto magis fore, ut ingenium ſuum exerceat.

ΙΣΟ-

ΙΣΟΚΡΑΤΟΥΣ ΡΗΤΟΡΟΣ ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΚΛΕΑ περὶ βασιλείας λόγος δεύτερος.

ISOCRATIS RHETORIS ORAT. II. ad NICOCLEM, *de Regno.*

QUi vobis regibus, Nicocles, advehere vestes solent, aut æs, aut aurum factum, aut aliquid aliud ejus generis quo & ipsi egent, & vos abundatis: hos, ut mihi quidem videtur, plus satis apparet, non largitionem facere, sed mercaturam: suásq; res multo callidius vendere, quàm eos qui ex professo cauponantur. Ego verò existimavi, hoc pulcherrimum fore munus ac utilissimum, i-

Οἱ μὲν εἰωθότες ὦ Νικόκλεις, ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσιν ἐσθῆτας ἄγειν, ἢ χαλκὸν, ἢ χρυσὸν εἰργασμένον, ἢ ἄλλό τι τοιούτων χρημάτων, ὧν αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς εἰσὶν, ὑμεῖς δὲ πλουτεῖτε· λίαν ἔδοξαν εἶναί μοι καλαφανεῖς, ἃ δόσιν, ἀλλ' ἐμπορείαν ποιούμενοι, καὶ πολὺ τεχνικώτερον αὐτὰ πωλοῦντες τῶν ὁμολογούντων καπηλεύειν. ἐγὼ δ' ἡγησάμην ἂν ταύτην καλλίστην γε-

σα πρέπουσαν ἐμοί τε δόσιν, καὶ σοὶ λαβεῖν, εἰ δυνησείμην δείσας, ποίων ἐπιτηδευμάτων ὀρεγόμενος, καὶ τίνων ἐργων ἀπεχόμενος ἂν εἰς ἂν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν βασιλείαν διοικοίης. τοὺς μὲν δὴ ἰδιώτας ὀλίγα τὰ παιδεύοντα, καὶ μάλιστα μὲν τὸ μὴ τρυφᾶν, ἀλλ' ἀναγκάζεσθαι περὶ τὸν βίον καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθαι τὴν ἡμέραν. ἔπειθ' οἱ νόμοι, καθ' οὓς ἕκαστοι πολιτευόμενοι τυγχάνουσιν· ἔτι δ' ἡ παρρησία, καὶ τὸ φανερῶς ἐξεῖναι τοῖς τε φίλοις ἐπιπλῆξαι, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι τῶν ἀλλήλων ἁμαρτιῶν. περὶ μὲν τούτων, πρὸς καὶ τὴν ποιητὴν τὴν προσεσχημένην ὑπόθεσιν, ὡς χρὴ ζῆν, καλῶς λελεγμένα πάσιν. Ὡς δ' ἐξ ἁπάντων τούτων εἰκὸς αὐτὸς βελτίους γενέσθαι. τοῖς μὲν τυφλοῖς οὐδὲν ὑπάρχει τοιοῦτον, ἀλλ' οὐ μᾶλλον ἔδει τὸν ἄλλων παιδεύεσθαι, ἐπεισ-

démque & mihi danti, & tibi accipienti aptissimum, si describere possem, quibus officiis præstandis, & quibus rebus fugiendis, optimè & civitatem & regnum administratur⁹ esses. Nam privatos quidem homines permulta sunt quæ erudiant: atque in primis vita expers deliciarum, & quotidiana de parando victu quasi dimicandi necessitas. Deinde leges, quibus in suis quique civitatibus reguntur: præterea libertas illa, quâ palàm & amicis objurgare invicem, & inimicis exagitare delicta licet: deniq; Poetæ quidem veteres præcepta de vivendi ratione reliquerunt. Quibus rebus omnibus consentaneum est, eos fieri meliores. Principibus autem nihil ejusmodi contingit, sed quos omnium maximè institui conveniebat, hi mox

ſuſcepto principatu, ſine ullis monitoribus ætatem exigunt. Perpaucis enim ad eos patet aditꝰ: qui verò familiariter cum eis vivunt, hi ad gratiam & dicunt & faciunt omnia. Itaq; ampliſſimâ pecuniâ, & potentiâ maximâ potiti, facultatibus his non rectè utendo effecerunt, ut multi dubitent, ſitne privatorum quidem hominum, ſed moderatè ſe gerentium potiùs expetenda vita, quàm tyrannorum. Nam cùm honores eorum, & divitias, & imperia intuentur, omnes eos diis ſimiles eſſe cenſent, qui ſoli rerum potiuntur. Cùm verò timores & pericula conſiderant, memoriáq; repetentes vident, alios, à quibus minimè oportebat, interfectos, alios erga ſuos conjunctiſſimos delinquere coactos, aliis utrumque accidiſ-

δὲν εἰς τὸν ἀρχὴν καθίσασθῶσιν, ἀνεπιτήτοι διατελοῦσιν. οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων αὐτοῖς ὑπισχνοῦνται· οἱ δὲ σωζόντες, περὶ χάριν ὁμιλοῦσιν. καὶ γάρ τοι κύριοι γενόμενοι καὶ χρημάτων πλείστων, καὶ πραγμάτων μεγίστων, διὰ τὸ μὴ καλῶς χρῆσθαι ταύταις ταῖς ἀφορμαῖς πεποιήκασιν, ὥστε πολλὰς ἀμφισβητεῖν, πότερόν ὄντιν ἄξιον ἐλέσθαι τὸν βίον, τὸν τῶν ἰδιωτευόντων μᾶλλον, ἐπιεικῶς δὲ πρατόντων, ἢ τὸν τῶν τυραννευόντων. ὅταν μὲν γὰρ ἀποβλέψωσιν εἰς τὰς τιμὰς, καὶ τοὺς πλούτους, καὶ τὰς δυναστείας, ἴσους θεοὺς ἅπαντας νομίζουσι τοὺς ἐν ταῖς μοναρχίαις ὄντας. ἐπειδὰν δὲ ἐνθυμηθῶσι τοὺς φόβους, καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ διεξιόντες εὕρωσι, τὰς μὲν ὑφ' ὧν ἥκιστα ἐχρῆν διεφθαρμένους, τοὺς δὲ εἰς τοὺς οἰκειοτάτους ἐξαμαρτεῖν ἠναγκασμένους· τοῖς δὲ ἀμφότε-

ρα

ρα ταῦτα συμβεβη-
κότα· πάλιν ὁπωσοῦν
ζῆν ἡγοῦνται λυσιτε-
λεῖν μᾶλλον, ἢ μὴ τοι-
ούτων συμφορῶν ἁπά-
σης τῆς Ἀσίας βασι-
λεύειν. ταύτης ὦ τῆ ἀ-
ναμαλίας, καὶ τῆς τα-
ραχῆς αἴτιόν ἐστιν, ὅτι
τῷ βασιλείαν ὡσαύ-
τως ἱεροσυλίαν πάντες ἀν-
θρώπους εἶ) νομίζουσιν, ὃ τῆ
ἀνθρωπίνων πραγμά-
των μέγιστόν ἐστι, καὶ
πλείονος προνοίας δεό-
μενον. καθ' ἑκάστην μὲν
ἂν πραῶς, ἐξ ὧν ἄν
τις μάλιστα διώκοιτο καὶ
τρόπον διοικεῖν, καὶ τὰ
μὲν ἀγαθὰ διαφυλάτ-
τειν, τοὺς δὲ συμφορεῖς
διαφεύγειν, τοῦτ' ἀεὶ πα-
ρόντων ἔργον ἐστὶ συμ-
βουλεύειν. καθόλου δὲ
τῶν ὑπὸ σῶν ἀμάτων ὧν
ἕξει τοιαύτας ὦν, καὶ ὅσα
ἃ δεῖ διατρίβειν, ἐγὼ
πειράσομαι διελθεῖν.
εἰ μὲν ἂν ἔσται τὸ δῶ-
ρον ἐξεργασθὲν ἄξιον τῆ
ὑποθέσεως, χαλεπὸν
ἀπὸ τῆς ἀρχῆς σωι-
δεῖν. πολλὰ γὰρ καὶ τῆ ἐμ-

se: rursus quovis modo vivere, melius esse putant, quàm in hujusmodi calamitatibus vel universæ Asiæ dominari. Est autem hujus diversitatis & confusionis causa hæc: quòd regnum tanquam sacerdotium cujuslibet hominis esse putant: quod summum est rerum humanarum, majorémque providentiam postulat. Ac singulatim quidem quo pacto rectissimè res administrari, útq; & bona conservari, & mala caveri possint: eorum munus est consulere, qui tibi semper adsunt. Generatim autem, quæ studia tanquam meta, tibi proposita esse debeant, & quibus in rebus versandum sit, ego recensere conabor. Utrum verò donum hoc argumente dignitati, cùm absolutum fuerit, sit respondendum; ab initio facilè perspici non potest. Multa enim & numeris devincta

cta poemata, & soluta oratione conscripti libri, dum adhuc in mentibus autorum inclusa tenerentur, magnas sui expectationes concitârunt: sed perfecta tandem, & aliis ostensa, longè tenuiorem, quàm pro concepta spe, gloriam consecuta sunt. Sed tamen conatus ipse præclarus est, ab aliis prætermissa conquirendi, & regnis veluti leges præscribendi. Nam qui privatos homines instituunt; hi solis illis prosunt. Si quis verò populi dominos ad virtutem excitârit, is utrisq; commodaverit, tum iis qui imperant, tum iis qui parent imperio; quòd & illis principatus tutiores, & his Respublicas leniores effecerit.

μέτρων ποιημάτων, καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων, ἔτι μὴν ἐν τῇ διανοίᾳ ὄντα τῶν σωπωμένων, μεγάλας τὰς προσδοκίας παρέσχεν· ἐπιτελεσθέντα δὲ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιδειχθέντα, πολὺ καλλιτέραν τινὰ δόξαν τῆς ἐλπίδος ἔλαβεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ γε εἰρημένον καλῶς ἔχει, τὸ ζητεῖν τὰ παραλελειμμένα, καὶ νομοθετεῖν τοῖς μοναρχίαις· οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἰδιώτας παιδεύοντες, ἐκείνοις μόνοις ὠφελοῦσιν. εἰ δέ τις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ' ἀρετὴν προτρέψειεν, ἀμφοτέροις ἂν ὠφελήσειε, καὶ τοὺς τὰς δυναστείας ἐχοντας, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῖς ὄντας· τοῖς μὲν γὰρ ἂν τὰς ἀρχὰς ἀσφαλεστέρας, τοῖς δὲ τὰς πολιτείας πραοτέρας ποιήσειεν.

Πρῶτον

Πρῶτον μὲν ἓν σκεπτέον, τί ἔστι βασιλεύοντων ἔργον ὄζιν. ἐὰν γὰρ τὸ κεφάλαιον, καὶ πῶς δυνάμιν ὅλον τὸ πρᾶγμα βέλτιστα παραλάβωμεν· ἐνταῦθα ἀποβλέποντες, ἄμεινον καὶ περὶ τῶν ἄλλων μερῶν ἐροῦμεν. οἶμαι δὲ πάντας ἂν ὁμολογῆσαι, πρεσβύτην αὐτοῖς, πόλιν τε δυσχωροῦσαν παῦσαι, καὶ καλῶς πράττουσαν διαφυλάξαι, καὶ μεγάλην ἐκ μικρᾶς ποιῆσαι. τὰ γὰρ ἄλλα τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν συμπίπτοντα, τούτων ἕνεκα πραχθέον ὄζί. καὶ μὴν ἐκεῖνό γε φανερόν, ὅτι δεῖ τοὺς ταῦτα δυνησομένους, καὶ περὶ τούτων βουλευσομένους, μὴ ῥᾳθυμεῖν· ἀλλὰ σκοπεῖν, ὅπως φρονιμώτερον διακείσονται τῶν ἄλλων. δέδεικται γὰρ, ὅτι τοιαύτας ἕξουσι τὰς βασιλείας, οἵαπερ ἂν τὰς αὑτῶν γνώμας παρασκευάσωσιν. ὥστε οὐδενὶ

PRimùm igitur considerandũ est, quodnam sit regum officium. Nam si caput, atque id in quo totius rei vis est, probè constituerimus: in ea intuentes, meliùs de cæteris quoque partibus dicturi sumus. Arbitror equidem constare inter omnes, convenire eis, ut civitatem & calamitatibus liberent, & res ejus secundas tueantur, & ipsam è parva magnam efficiant. Nam cætera quæ quotidie incidunt, horum causâ facienda sunt, & ad hæc referenda. Illud autem perspicuum est, oportere eos, in quibus hæc facultas esse debeat, & qui his de rebus deliberaturi sint, non socordiæ sese dare: sed providere, ut sint aliis longè prudentiores. Constat enim, quemadmodum ipsi animos suos excoluerint, ità etiã eorum regna se esse habitura. Quare nulli pugili

gili tam convenit corpus exercere, quàm regibus ingenium ſuum. Nam celebritates ludorum univerſæ nullam partem conſtituunt eorum præmiorum, pro quibus vos quotidie decertatis. Hæc igitur conſiderantem, operam dare te decet, ut, quantum alios dignitate ſuperas, tantum etiam virtute illis antecellas. Neq; verò putabis, curam & ſtudium in aliis prodeſſe rebus, ad augendam autem virtutem & prudentiam nihil habere virium, neque tantæ infelicitatis homines condemnabis, ut, cùm artes quaſdam ad cicurandas beſtias, & animos illarum excolendos invenerimus, ipſi nobis ad virtutem nihil afferre adjumenti queamus. Illud potiùs tibi perſuadeas, inſtitutione & curâ

τῆ ἀθλητῆ ὅπω προσήκει τὸ σῶμα γυμνάζειν, ὡς τοῖς βασιλεῦσι πῶ ψυχῶ πῶ ἑαυτῆ. ἅπασαι γὰ αἱ πανηγύρεις, ὀλίγον μέρος πθέασιν τῶτων ἧ ἄθλων, ὑπὲρ ὧν ὑμεῖς καθ' ἑκάστω ἀγωνίζεσθε πῶ ἡμέραν· ὧν εὐθυμεῖσθον χρὴ προσέχειν τὸν νῶν, ὅπως ὅσον τῶ τῶς τιμοῖς τῶν ἄλλων προέχῃς, τοσῶτον κὴ τῶς ἀρετῶς αὐτῆ διοίσεις. κὴ μὴ νόμιζε, πῶ ἐπιμέλειαν εἰς μῶ τοῖς ἄλλοις πράγμασι χρησίμω εἶ), προὸς ὃ τὸ βέλτιστες ἡμᾶς κὴ φρονιμωτέρους γίνεσθ μηδεμίαν ἔχειν δύναμιν· μηδὲ καλαγνῶς ἧ ἀνθρώπων τοσαύτω δυσχέιαν, ὡς περὶ μῶ τὰ θεῖα τέχνας εὑρήκαμῶ, αἷς αὐτῆ τὰς ψυχὰς ἡμερῶμῶ, κὴ πλέιον ⊙ ἀξίας ποιῦμῶ, ἡμᾶς δ' αὐτοὺς ὀλίγον ἂν πρὸς ἀρετῶ ὠφελήσαμῶ· ἀλλ' ὡς κὴ τῆς παιδεύσεως, κὴ τῆς ἐπιμελείας δυνα-

μένης

μήτε τῶν ἡμετέραν ψυχὴν συνεργετεῖν, ὅπως διάκειτο τῷ γνώμῃ. καὶ τοῖς τε παρόντων τοῖς φρονιμωτάτοις πλησιάζε, καὶ τοῦ ἄλλων ὃς, ἂν δοκῇ μεταπέμπε. καὶ μήτε τοῦ ποιητοῦ τοῦ εὐδοκιμούντων, μήτε τοῦ σοφιστῶν μηδενὸς οἴου δεῖν ἀπείρως ἔχειν, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἀκροατὴς γίνου, τοῦ δὲ μαθητής· καὶ παρασκεύαζε σαυτὸν, τοῦ μὲν ἐλαττόνων κριτὴν, τοῦ δὲ μειζόνων ἀνταγωνιστήν. διὰ γὰρ τοῦτον τοῦ γυμνασίαν, ταύτης ἂν γένοιο τοιοῦτος, οἵῳ ὑπεθέμεθα δεῖν εἶναι τὸν ὀρθῶς βασιλεύσοντα, καὶ τὴν πόλιν ὡς χρὴ διοικήσοντα. Μάλιστα δ' ἂν αὐτὸς σαυτὸν παρακαλοῖς, εἰ δεινὸν ἡγήσαιο, τοὺς χείρους τῶν βελτίονων ἄρχειν, καὶ τοὺς ἀνοητοτέρους τοῖς φρονιμωτέροις πρεσβεύειν. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐρρωμενέστερος τὴν ψυχὴν ἄλλων ἄνοιαν ἀπομάξῃς,

cumprimis posse animum nostrum adjuvari. Itaque tum domesticorum prudentissimis familiariter utere, tum exterorum quoscunque poteris accersito: tum celebrium & Poetarum & rhetorum omnium periculum tibi esse faciendum, persuasum habeto: ac illorum quidem auditor esto, horum autem discipulus: itaque te para, ut & minorum sis judex, & majorum æmulator. Nam his exercitationibus celerrimè talis fies, qualem esse oportere nos proposuimus eum, qui rectè sit regno præfuturus, & urbem, ità ut decet, gubernaturus. Sic verò ipse te maximè cohortabere, si absurdum esse duxeris, deteriores præstantioribus dominari, & stolidiores prudentioribus imperare. Nam quo vehementiùs aliorum insciitiam despexeris,

ris, eò diligentiùs ingenium tuum exercebis.

2. Hinc igitur eos auſpicari decet, qui fungi officio volent: præterea & hominum & civitatis eſſe amantem. Nec enim fieri poteſt, ut vel equis, vel canibus, vel hominibus, vel vili denique rei quiſquam rectè præſit, niſi delectetur iis quorum ei mandata eſt curatio. Populus curæ tibi ſit, & omnia in eo poſita eſſe putato, ut is imperio tuo delectetur. Notum enim eſt, & oligarchias & cætera imperia eò diuturniora eſſe, quo diligentiùs populum coluerint.

σης, τοσούτῳ μᾶλλον τιμῶ σεαυτὸν διάνοιαν ἀσκήσεις.

2. Ἀρχεσθαι μὲν οὖν ἐντεῦθεν χρὴ, τοὺς μέλλοντάς τι ποιήσειν τῶν δεόντων. φιλεῖν δὲ τούτοις φιλάνθρωπον εἶναι δεῖ καὶ φιλόπολιν. οὔτε γὰρ ἵππων, οὔτε κυνῶν, οὔτε ἀνθρώπων, οὔτε ἄλλου πράγματος ὁτουοῦν ἡδέως ἄρξειν, ᾧ μή τις χαίρῃ τούτοις ὧν αὐτὸν δεῖ ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν. Μελέτω σοι τὸ πλῆθος, καὶ φρόντιζε παντὸς ποιεῖν κεχαρισμένως αὐτοῖς ἄρχειν· γινώσκων, ὅτι καὶ τῶν ὀλιγαρχιῶν, καὶ τῶν ἄλλων πολιτειῶν αὗται πλεῖστον χρόνον διαμένουσιν, αἵτινες ἂν ἥδιστα τὸ πλῆθος θεραπεύσωσι.

3. Sic autem bene imperabis, ſi neque vulgi petulantiæ locum dederis, neq; alios populo inſultare paſſus fueris: ſed provideris, ut & honores optimo cuiq; mandentur, & cæteri nullis

3. Καλῶς δὲ δημαγωγήσεις, ἐὰν μήτε τὸν ὄχλον ὑβρίζειν ἐᾷς, μήτε ὑβριζόμενον ὁρᾷς· ἀλλὰ σκοπῇς, ὅπως οἱ βέλτιστοι μὲν τὰς τιμὰς ἕξουσιν, οἱ δ' ἄλλοι μηδὲν ἀδι-

κηθήσονται

κηδήσονται. ταῦτα γὰρ στοιχεῖα πρῶτα καὶ μέγιστα χρησίμης πολιτείας ὄντι.

4. Τῶν πρεσβυμάτων καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων κίνει, καὶ μεταλλίδει τὰ μὴ καλῶς καθεστῶτα. καὶ μάλιστα μὲν εὑρετὴς γίνου τῶν βελτίστων· εἰ δὲ μή, μιμοῦ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις καλῶς ἔχοντα. Ζήτει νόμους τοὺς μὲν σύμπαντι δικαίους καὶ συμφέροντας, καὶ σφίσιν αὐτοῖς ὁμολογουμένους, πρὸς δὲ τούτοις, ὅσπερ τὰς μὲν ἀμφισβητήσεις ὡς ἐλαχίστας, τὰς δὲ διαλύσεις ὡς οἷόν τε ταχίστας τοῖς πολίταις ποιήσουσι. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα πρόσεστι δεῖ τοῖς καλῶς κειμένοις νόμοις.

5. Τὰς μὲν ἐργασίας αὐτοῖς καὶ δίκη κερδαλέας, τὰς δὲ πραγματείας ἐπιζημίους· ἵνα τὰς μὲν φεύγωσι, πρὸς δὲ τὰς προθύμως ἔχωσι.

6. Τὰς κρίσεις ποιοῦ, πρὸς ὧν ἂν πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι,

injuriis afficiantur. Hæc enim elementa prima & maxima sunt reipub. bene constitutæ.

4. Edicta & instituta vitiosa loco move, & muta: operàmq; in primis dato, ut optimorum sis inventor: sed si id fieri nequit, imitare quæ apud alios rectè se habent. Leges quære in universùm æquas & utiles, & inter se consentientes: atq; etiam tales quæ & controversias civium quàm pauciſſimas, & compositiones quàm fieri potest celerrimas efficiant. Hæc enim inesse oportet omnia legibus bene constitutis.

5. Effice negotiationes eis lucrosas, lites detrimentosas: ut has fugiant, illas appetant.

6. De controversiis eorum, sententias neq; ad gratiam ferto, neque inter

inter se contrarias: sed de iisdem quidem rebus, semper eadem decernito. Etenim & decet, & expedit, regum de jure decreta esse immutabilia, ut probatas leges.

7. Urbem eodē modo, quo paternam domum administra, apparatu splendido & regali, ratione vectigalium accurata: ut simul & illustri laude celebreris, & sumptus tolerare possis.

8. Ostenta magnificentiam nullā re magni sumptûs, statimq; peritiarâ: sed tum iis rebus quas diximus, tum instrumenti atque supellectilis ornatu, tum beneficentiâ in amicos. Nam quæ hoc modo insumpseris, ea & tibi ipsi firma stabiliáq; permanent, & posteris tuis plures commoditates afferent, quàm pecuniæ profusiones.

μὴ πρὸς χάριν, μηδὲ ἐναντίας ἀλλήλαις. ἀλλ' ἀεὶ ταὐτὰ περὶ γε τῶν αὐτῶν γίνωσκε. καὶ γὰρ πρέπει, καὶ συμφέρει, τὰ τῶν βασιλέων νόμιμα ἀμετακίνητα ἔχειν περὶ τῶν δικαίων, ὥσπερ τοὺς νόμους τὰς καλὰς κειμήλια.

7. Διοίκει τὴν πόλιν ὁμοίως, ὥσπερ τὸν πατρῷον οἶκον, ταῖς μὲν κατασκευαῖς λαμπρῶς καὶ βασιλικῶς. ταῖς δὲ προσόδοις ἀκριβῶς, ἵν' εὐδοκιμῇς ἅμα, καὶ δυνάσῃ.

8. Τὴν μεγαλοπρέπειαν ἐπιδείκνυσο ἐν μηδεμιᾷ τῶν πολυτελειῶν, τῶν ἐυδὺς ἀφανιζομένων· ἀλλ' ἔν τε τοῖς προειρημένοις, καὶ τῷ κάλλει τῶν κτημάτων, καὶ ταῖς τῶν φίλων εὐεργεσίαις. τὰ γὰρ τοιαῦτα τῶν ἀναλωμάτων αὐτῷ τέ σοι παραμένει, καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις πλέονος ἄξια τῶν δεδαπανημένων κατα-

9. Religionem eam

9. Τὰ περὶ τοὺς θε-

ὡς ποίει μᾶλλον, ὡς οἱ πρόγονοι κατέδειξαν. ὑγιὲς δὲ τοῦτο εἶδος θῦμα κάλλιστον, καὶ θεραπείαν μεγίστην, ἐὰν σὺ βέλτιστον καὶ δικαιότατον σεαυτὸν παρέχῃς. μᾶλλον γὰρ ἐλπὶς τοὺς τοιούτους, ἢ τοὺς ἱερεῖα πολλὰ καταβάλλοντας, πράξειν τι παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθόν.

10. Τίμα δὲ μὲν ἀρχαῖς τοὺς πρώτους τοὺς οἰκειοτάτους, ταῖς δὲ ἀληθεστάταις τοὺς εὐνοεστάτους.

11. Φυλακὴν ἀσφαλεστάτην ἡγοῦ τὸ σῶμα σὺν ἕξει τοῦ τε τῆς φίλων ἀρετῆς, καὶ τῆς τῶν πολιτῶν εὐνοίας, καὶ τῆς σαυτοῦ φρονήσεως. διὰ γὰρ τούτων καὶ κτᾶσθαι καὶ διασώζειν τὰς τυραννίδας, μᾶλλον ἂν τις δύναιτο.

12. Κτῆσαι δὲ οἴκων καὶ ἰδιωτῶν, καὶ νόμιζε τοὺς δαπανωμένους ἀπὸ τῶν σῶν ἀναλίσκειν, καὶ τοὺς ἐργαζομένους τὰ σὰ πλείω ποιεῖν. ἅπαντα γὰρ τὰ τῶν οἰκούντων ἐν

serva, quam à majoribus accepisti: sed id pulcherrimum sacrificium, & cultum esse maximum existima, si ipse te quàm optimum & justissimum præbeas. Major enim spes est, Deos immortales talium vota audituros, quàm eorum qui multas victimas prosternunt.

10. Primos honores conjunctissimis, verissimos benevolentissimis defer.

11. Corporis custodiam tutissimam esse puta, tum in virtute amicorum, tum in benevolentia civium, tum in tua prudentia collocatam. Hæc enim sunt per quæ imperium facillimè & paretur, & conservetur.

12. Rem privatorum familiarem curato: & prodigos de tuo facere sumptum, & ad rem attentos tuas opes augere existimato. Bona enim omnia in urbe habitanti-

um, ad familiam pertinent regum bene imperantium.

13. Per omnem ætatem, tantam veritatis præ te ferto reverentiã, ut plus habeatur fidei tuæ affirmationi, quàm aliorum dejerationi.

14. Cùm omnibus hospitibus urbem exhibe tutam, & in contractibus æquam: tum inter advenas eos maximi facito, non qui dona tibi advehunt, sed qui à te expetunt. Nam si his honorem habueris, apud cæteros majore gloria eris.

15. Exime civibus formidinem: neq; terribilis iis esse velis, qui nihil delinquunt. Nam quo tu eos in te esse animo consuefeceris, eodem & ipse in illos eris. Nihil per iracundiam agito: sed iram, cùm tempus postulabit, simulato. Acrimoniam tuam proba, indagatione rerum

πόλιν, οἰκείαν τὴν καλῶς βασιλευόντων ὄζι.

13. Διὰ παντὸς δὲ χρόνε τιμὸ ἀλήθειαν ὕτω φαίνε θερπιμῶν, ὥστε πιστοτέρας εἶ) τὰ σὰς λόγυς, ἢ τὰ τὴν ἄλλων ὅρκυς.

14. Ἅπασι μὲν τοῖς ξένοις ἀσφαλῆ δὲ πόλιν πάρεχε, καὶ θερὶ τὰ συμβόλαια νόμιμον· θεὶ πλείσε ὦ ποιῆ τὴν ἀφικνυμένων μὴ τὰ σοὶ δωρεὰς εἰσφέρονλας, ἀλλὰ τὰ παρὰ σᾶ λαμβάνν αἰξιόνλας. τιμῶν γὰρ τοιύτες, μᾶλλον παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐδοκιμήσεις.

15. Τὰς φόβυς ἐξαιρᾶ τὴν πολιτῶν, καὶ μὴ βάλε θεὶ δεὶς εἶ) τοῖς μηδὲν ἀδικᾶσιν. ὅπως γὰρ ἂν τὰ ἄλλυς θερὶ σαυτὸν διαθῆς, ὕτω καὶ σὺ θερὶ ἐκείνυς ἕξεις. Ποίει μὴ μηδὲν μετ' ὀργῆς· δόκει δ' τοῖς ἄλλοις, ὅταν σοι καιρὸς ᾖ. Δεινὸς μὲν φαίνε, τῷ μηδὲν σε λαν-

λαμβάνειν τῆς μγνομένων· φρᾶζε δ', τῷ τὰς τιμωρίας ἐλάττως ποιεῖσθαι τῆς ἀμυντανομένων. Ἀρχικὸς ἴσθι βούλῃ μὴ χαλεπότητι, μηδὲ τῷ σφόδρα κολάζειν· ἀλλὰ τῷ πάντας ἡπιῶς ἐπὶ σῇ διανοίᾳ, καὶ νομίζειν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἄμεινόν σε βουλεύεσθαι.

16. Πολεμικὸς γίνου τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ ταῖς παρασκευαῖς· εἰρηνικὸς δ', τῷ μηδὲν παρὰ τὸ δίκαιον πλεονεκτεῖν. ὅτως ὁμίλει τῆς πόλεων τοῖς τὰς ἧττους, ὥσπερ ἂν τὰς κρείττους πρὸς σαυτὸν ἀξιώσεις. Φιλονείκει μὴ περὶ ἁπάντων, ἀλλὰ περὶ ὧν ἂν κρατήσαντί σοι μέλλῃ σωτηρίαι. Φαύλως ἡγοῦ μὴ τοὺ συμφερόντως ἡττωμένους, ἀλλὰ τοὺ μὴ βλάβης πρείττονος.

17. Μεγαλόφρονας δὲ νόμιζε, μὴ τοὺ μείζω προβαλλομένους, ὧν ὁποῖοί τινές εἰσι καὶ ἃ-

quæ geruntur omnium: clementiam, mitigatione suppliciorum. Auctoritatem imperii tuere, non asperitate, nec sævitiâ pœnarum, sed excellenti sapientia: ut te suæ saluti omnes meliùs quàm semetipsos consulere arbitrentur.

16. Bellicosus esto, scientiâ rei militaris & apparatus, pacificus nihil præter jus & æquum vendicando. Erga civitates imbecilliores talem te præbe, quales in te potentiores esse velles. Noli de rebus quibusvis contendere; sed de iis duntaxat, quarum victoria tibi profutura est. Contemnendos existima non eos qui utiliter succumbunt, sed qui cum damno suo vincunt.

17. Magnanimos puta, non eos qui majora suscipiunt, quàm sustinere possint; sed qui

& mediocria desiderant, & quæ aggrediuntur perficere possunt. Æmulare non eos qui latissimè imperium propagârunt, sed qui id quod habent rectissimè administrârunt. téque ab omni parte beatum fore puta, non si omnibus hominibus cum terroribus & periculis imperites, sed si talem te præbens, qualem decet, & ea gerens quæ in præsentia, mediocria desideres, & horum nullo careas.

18. In amicitiam recipe non quoslibet, sed tuâ naturâ dignos; neq; cum quibus jucundissimè tempus conteras, sed quorum operâ urbem optimè gubernes. Diligenter inquirito in tuos familiares; téq; scito talem ab iis omnibus, qui consuetudine tua non utuntur, judicatum iri, quales illi fuerint cum quibus vixeris.

19. Sic alios iis præ-

χεῖν. ἀλλὰ τοὺς μετρίων μὴ ἐφιεμένους, ἐξεργάζεσθαι δὲ δυναμένους ὅτι ἂν ἐπιχειρῶσι. Ζήλου μὴ τοὺς μεγίστων ἀρχὰς κτησαμένους, ἀλλὰ τοὺς ἄριστα τὴν παροῦσαν χρησαμένους· καὶ νόμιζε τελέως εὐδαιμονήσειν, οὐκ ἐὰν ἁπάντων ἀνθρώπων μετὰ φόβων καὶ κινδύνων ἄρχῃς· ἀλλ' ἐὰν τοιοῦτος ὢν οἷος χρὴ, καὶ πράττων ὥσαῤ ἐν τῷ παρόντι, μετρίων ἐπιθυμῇς, καὶ μηδενὸς τούτων ἀπορῇς.

18. Φίλους κλῶ, μὴ πάντας τοὺς βουλομένους, ἀλλὰ τοὺς τῆς φύσεως ἀξίους ὄντας· μηδὲ μεθ' ὧν ἥδιστα συνδιατρίψεις, ἀλλὰ μεθ' ὧν ἄριστα τὴν πόλιν διοικήσεις. Ἀκριβεῖς ποιοῦ τὰς δοκιμασίας τῶν συνόντων, εἰδὼς ὅτι πάντες οἱ μὴ σοὶ πλησιάζοντες, ὁμοίον σε τοῖς ἀγωμένοις νομιοῦσι.

19. Τοιούτους ἐφίστη τοῖς

τοῖς πραγμασι, τοῖς μὴ διὰ σὲ γινομένοις, ὡς αὐτὸς τὰς αἰτίας ἔξων, ὧν ἂν ἐκεῖνοι πράξωσι.

20. Πιστὸς ἡγοῦ μὴ τὸν πᾶν, ὅ,τι ἂν λέγῃς ἢ ποιῇς, ἐπαινοῦντα· ἀλλὰ τὸν τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττοντα. Δίδου παῤῥησίαν πᾶσι τοῖς βουλομένοις· ἵνα πρὸς ὧν ἂν ἀμφιγνοῇς, ἔχῃς τὸν συμβουλευσόμενον. Διόρθου τὸν τέχνῃ κολακεύοντας, καὶ τὸν μετ' εὐνοίας παῤῥησιάζεσθαι· ἵνα μὴ πλέον οἱ πονηροὶ τῆς χρησῶν ἔχωσιν.

21. Ἄκουε τὸν λόγους τῶν πρὸς ἀλλήλους, καὶ πειρῶ γινώσκειν ἅμα τὸν λέγοντας, ὁποῖοί, καὶ τίνες εἰσὶ, καὶ περὶ ὧν ἂν λέγωσι. Ταῖς αὐταῖς κόλαζε ζημίαις τὸν ἀδίκους διαβάλλοντας, διαστρέφοντας τὸν ἐξαμαρτάνοντας.

22. Ἄρχε σαυτοῦ μηδὲν ἧττον ἢ καὶ τῆς

fice rebus, quas ipse non geris, ut tibi adscribendum scias, quicquid illi fecerint.

20. Fideles existima, non eos qui omnia & dicta tua & facta laudârint; sed qui etiam errata & delicta reprehenderint. Potestatem da prudentibus liberè dicendi sententiam; ut & quibus de rebus dubitâris, præsto sint qui illas unà tecum expendant. Discerne eos qui arte assentantur, ab illis qui ex benevolentia te colunt: nè improbi meliore conditione sint, quàm boni viri.

21. Audi quid alii de aliis dicant: operámq; dato, ut quales & quinam sint, non minùs ii qui dicunt, quàm ii de quibus dicunt, cognoscas. Iisdem supplicis affice calumniatores quibus delinquentes.

22. Impera tibi ipsi non minùs, quàm &

cæteris; idque maximè regium putato, si nullis libidinibus servias: sed cupiditates magis in potestate habeas, quàm cives tuos.

23. Nullam familiaritatem temerè, ac sine ratione contrahe; sed iis gaudere congressibus assuesce, qui te & sapientiâ augeant, & virtute apud alios opinione.

24. De iis rebus tibi placere noli, quæ à malis etiam perfici possunt: sed virtutem laudi tibi ducito, cujus nulla pars improbis contingere potest. Verissimos honores eos esse puta, non qui palàm ex metu tibi habentur: sed si ipsi apud sese prudentiam tuam, plus quàm fortunam admirentur.

25. Si fortè ità accideri, ut re aliquâ leviore gaudeas, dissimula: rerum maximarum studi-

ἄλλων· καὶ τοῦτο οὐκ ἔστι βασιλικώτατον, ἐὰν μηδεμιᾶ δουλεύῃς ἡδονῇ, ἀλλὰ κρατῇς ἐπιθυμιῶν μᾶλλον ἢ πολιτῶν.

23. Μηδεμίαν συνουσίαν εἰκῇ ποιοῦ, μηδ' ἀλογίστως· ἀλλ' ἐπ' ἐκείναις τὰς διατριβὰς ἔθιζε σεαυτὸν χαίρειν, ἐξ ὧν αὐτός τε σπουδαῖος, καὶ τοῖς ἄλλοις βελτίων εἶναι δόξεις.

24. Μὴ φαίνου φιλοπαίγμων ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ἃ καὶ τοῖς πονηροῖς διαπράξασθαι δυνατόν ἐστιν· ἀλλ' ἐπ' ἀρετῇ μέγα φρονῶν, ἧς οὐδεὶς μέτεστι τοῖς πονηροῖς μετέσεσι. Νόμιζε δὲ πλεῖστου ἀληθεστάτας εἶναι, μὴ τὰς ἐν τῷ φανερῷ μὲν δόξας γινομένας· ἀλλ' ὅταν αὐτοὶ παρ' αὑτοῖς ὄντες μᾶλλόν σε τιμῶ γνώμῃσι, ἢ τιμῶ τύχῃ θαυμάζωσιν.

25. Λάνθανε μὲν ἐὰν ἐπί τῳ σοι συμβῇ τῶν φαύλων χαίρειν· ἐνδείκνυσο δὲ τὰ μέγιστα σπου-

σπουδάζων. Μὴ τοῦ μὴ ἄλλως ἀξίου κοσμίως ζῆν, τοὺς δὲ βασιλέας ἀτάκτως· ἀλλὰ σαυτῷ σωφροσύνην παράδειγμα τοῖς ἄλλοις καθίστη, γινώσκων ὅτι τὸ τῆς πόλεως ὅλης ἦθος ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι.

26. Σημεῖον ἔστω σοι τοῦ καλῶς βασιλεύειν, ἐὰν τοὺς ἀρχομένους ὁρᾷς εὐπορωτέρους καὶ σωφρονεστέρους γινομένους διὰ τὴν σὴν ἐπιμέλειαν.

27. Περὶ πλείονος ποιοῦ δόξαν καλὴν, ἢ πλοῦτον μέγαν τοῖς παισὶ καταλιπεῖν, ὁ μὲν γὰρ θνητὸς, ἡ δ' ἀθάνατος. καὶ δόξῃ μὲν χρήματα κτᾶται, δόξα δὲ χρημάτων οὐκ ὠνητή· καὶ τὰ μὲν καὶ τοῖς φαύλοις παραγίνεται· πλοῦτος δὲ οὐκ ὀλίγοις τε ἀνὴρ ἢ τοῦ δικαίου κτήσασθαι.

28. Τρύφα μὲν ἐν ἐσθῆσι καὶ τοῖς περὶ τὸ σῶμα κόσμοις· καρτέρει δ' ὡς χρὴ τοὺς βασιλέας ἐν τοῖς ἄλλοις·

um ostenta. Noli putare, aliis vivendum esse moderatè, regibus perturbatè: sed tua temperantia fac aliis exemplo sit: nec ignores, totius civitatis mores ad exemplum magistratuum conformari.

26. Hoc tibi argumento sit te regno bene præesse, si populum & locupletiorem, & modestiorem sub imperio tuo videas esse factum.

27. Præstare puta, liberis tuis honestam famam, quàm magnas opes relinquere. Nam hæ mortales sunt, illa immortalis. Famâ pecuniæ quæri possunt, emi pecuniis fama non potest. Opes etiam improbis contingunt: gloriam verò parare non possunt, nisi virtute præstantes.

28. In vestitu & corporis ornatu splendidus, in aliis actionibus laborum tolerans esto, ut reges decet: ut &

qui vident, ob aſpectum de regno dignum judicent, & familiares tui, ob animi robur iiſdem aſſentiantur.

ἐπιτηδεύμασιν, ἵνα οἱ μὲν ὁρῶντες, διὰ τὴν ὄψιν ἀξιόν σε τῆς ἀρχῆς εἶναι νομίζωσιν· οἱ δὲ συνόντες, διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ῥώμην τὴν αὐτὴν ἐκείνοις γνώμην ἔχωσιν.

29. Conſidera ſemper & dicta & facta tua: ut in delicta quàm pauciſſima incidas.

29. Ἐπισκόπει τοὺς λόγους ἀεὶ τοὺς σαυτοῦ, καὶ τὰς πράξεις· ἵν' ὡς ἐλαχίστοις τοῖς ἁμαρτήμασι περιπίπτῃς.

30. Optimum certè quidem eſt, ſervare modum: ſed quoniam is non facilè cognoſcitur, malis citrà reſiſtere, quàm ultrà progredi. Mediocritatis enim vis magis in eo quod parum, quàm in eo quod nimium eſt, cernitur.

30 Κράτιστον μὲν τὴν ἀκμὴν τῶν καιρῶν τυγχάνειν· ἐπειδὴ δὲ δυσκαταμαθήτως ἔχουσιν, ἐλλείπειν αἱρεῖ, καὶ μὴ πλεονάζειν. αἱ γὰρ μετριότητες μᾶλλον ἐν τῇ ἐνδείᾳ, ἢ ταῖς ὑπερβολαῖς ἰσχύουσιν.

31. Urbanus eſſe ſtude, & gravis: quorum hoc principatum decet, illud congreſſibus eſt aptum. Sed hoc eſt rerum omnium difficillimum. Nam eos qui gravitatem affectant, plerumque frigere: qui verò urbani eſſe ſtudent, eos humiles &

31. Ἀστεῖον εἶναι πειρῶ, καὶ σεμνός· τὸ μὲν γὰρ πρεσβυτέροις πρέπει, τὸ δὲ πρὸς τὰς συνουσίας ἁρμόττει. χαλεπώτατον δὲ τοῦτο πάντων ὄντων πραγμάτων. εὑρήσεις γὰρ ὡς ἐπὶ πολὺ, τοὺς μὲν σεμνυνομένους, ψυχροὺς ὄντας· τοὺς δὲ βουλομένους ἀστείους εἶναι, ταπεινοὺς

πεινὰς φαινομένους. δεῖ δ' χρῆσθαι μὲν ἀμφοτέροις τοῖς ἐθνεσι ταύταις, πλὴν δ' συμφορᾶν τὴν ἑκατέροις φεύγειν διαφυγεῖν.

32. Ὃ, τι ἂν ἀκριβῶς εἰδέναι βέλει, ὧν ἐπίσασθαι φρονήσεως τοῦ βασιλέως, ἐμπειρία μέντοι, καὶ φιλοσοφία. Τὸ μὲν γὰρ φιλοσοφεῖν, τὰς ὁδοὺς σοι δείξει τὸ δ' ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἔργων γυμνάζεσθαι, δυνασθαί σε χρῆσθαι τοῖς πράγμασι ποιήσει. Θεώρει τὰ γινόμενα, καὶ τὰ συμπίπτοντα, καὶ τοῖς ἰδιώταις, καὶ τοῖς τυράννοις. ἐὰν γὰρ τὰ παρελήλυθότα μνημονεύῃς, ἄμεινον καὶ περὶ τῶν μελλόντων βουλεύσῃ.

33. Δεινὸν ἡγοῦ τὴν μὲν ἰδιωτῶν ἐθέλειν πολλὰς ἀποθνήσκειν, ἵνα τελευτήσαντες ἐπαινεθῶσι· τοὺς δὲ βασιλέας μὴ τολμᾶν χρῆσθαι τοῖς ἐπιτηδεύμασι τούτοις, ἐξ ὧν ζῶντες εὐδοκιμοῦσι

abjectos videri comperies. Est autem utraq; hac ratione utendum, & finitimum utrique incommodum effugiendum.

32. Quicquid earum rerum, quæ regum cognitione dignæ sunt, certò nôsse voles, ad id experientiam & doctrinam adhibeto. Nam ut doctrina viam tibi ostendet, sic rerum gerendarum exercitatione id consequêris, ut res dextrè administres. Cogita quæ res & gerantur & ferantur, tum à privatis hominibus, tum à principibus. Nam si præteritorum recordaberis, de futuris etiam rectiùs deliberabis.

33. Minimè decere puta, cùm privati quidam homines mortem oppetendam censeant, ut post obitum laudentur, reges eas actiones fugere, quæ viventibus gloriam pari-

ant. Imagines, quæ virtutis tuæ potiùs, quàm corporis monimenta sint, fac relinquas. Operam cum primis dabis, ut & te, & urbem in tuto colloces. Sed si periculum adeundum fuerit, honestè mori, quàm turpiter vivere præoptabis. In omnibus tuis factis Regni memento: sollicitéque cave, nè quid honore isto indignum designes. Nè committas, ut natura tua simul universa intereat. Sed cùm tibi corpus mortale contigerit, animus immortalis: fac immortalem animi tui memoriam relinquas.

μήσεσιν. Βέλτιον τὰς εἰκόνας τῆς ἀρετῆς ὑπομνήματα μᾶλλον, ἢ τῶν σώματος καταλιπεῖν. μάλιστα μὲν πειρῶ πρῶτον μὲν ἀσφάλειαν σαυτῷ, καὶ τῇ πόλει διαφυλάττειν. εἰ δ' ἀναγκαῖον κινδυνεύειν, αἱρεῖ καλῶς τελευτᾶν μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς. Ἐν ἅπασι τοῖς ἔργοις μέμνησο τῆς βασιλείας· καὶ φύλαττε, ὅπως μηδὲν ἀνάξιον τῆς τιμῆς ταύτης πράξεις. Μὴ προΐδῃς τινὶ σαυτοῦ φύσιν ἅμα πᾶσαν διαλυθεῖσαν· ἀλλ' ἐπειδὴ θνητῷ σώματος ἔτυχες, ἀθανάτῳ ψυχῇ, πρὸς τῆς ψυχῆς ἀθάνατον μνήμην καταλιπεῖν.

34. Meditare de præclaris actionibus loqui: ut iis consentanea quæ dicere soles, etiam sentire assuescas. Quæ tibi cogitanti optima videbuntur, ea re ipsa perficito. Quorum gloriam miraris, eorum res ge-

34. Μελέτα περὶ καλῶν ἐπιτηδευμάτων λέγειν, ἵνα συνεθίζῃς ὅμοια τοῖς εἰρημένοις φρονεῖν. ἃ δ' ἂν σοι λογιζομένῳ φαίνηται βέλτιστα, ταῦτα τοῖς ἔργοις ἐπιτέλει. ὧν τὰς δόξας ζηλοῖς, μιμοῦ τὰς πράξεις.

πραξεις. ἃ τοῖς παισὶ τοῖς ἑαυτῶ ἂν συμβουλεύσειας, τάυτις αὐτὸς ἐμμένειν ἀξίω. χρῶ τοῖς εἰρημένοις, ἢ ζήτει βελτίω τάυτων.

35. Σοφὸς νόμιζε μὴ τὸν ἀκριβῶς περὶ μικρῶν ἐρίζοντας, ἀλλὰ τὸν ἓν περὶ τῶν μεγίστων λέγοντας, μηδὲ τὸν τοῖς μὲν ἄλλοις εὐδαιμονίαν ὑπισχνούμενον, αὐτὸν δ' ἐν πολλαῖς ἀπορίαις ὄντας, ἀλλὰ τὸν μέτρια μὲν περὶ αὐτῶν λέγοντας, ὁμιλεῖν δ' ἢ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς ἀνθρώποις δυναμένους, καὶ μὴ διαταραττομένους ἐν ταῖς τοῦ βίου μεταβολαῖς, ἀλλὰ κοσμίως καὶ μετρίως καὶ ταῖς συμφοραῖς καὶ ταῖς εὐτυχίαις φέρειν ἐπισταμένους.

Καὶ μὴ θαύμαζε, εἰ πολλὰ τῶν εἰρημένων ὄζειν, ἃ καὶ σὺ γινώσκεις. οὐδὲ γὰρ ἐμὲ τοῦτο διέλαθεν, ἀλλ' ἠπιστάμην, ὅτι τοσούτων ὄντων τὸ πλῆθος, καὶ τῶν ἰδιωτῶν καὶ δυναστῶν, ἀνάγκη τοὺς μὲν ἐπαινεῖν, τοὺς δὲ ψέγειν. ἐμοὶ δὲ ἀρκεῖ καὶ τοὺς ἐπαινοῦντας ἔχειν μάρτυρας τῶν ἐπαίνων, καὶ τοὺς ψέγοντας ἐλέγχους τῶν ψόγων.

stas imitare. Quæ tuis liberis præciperes, ea ipse facere nè graveris. Aut uere præceptis nostris, aut ipse his inveni meliora.

35. Sapientes existima, non eos qui de rebus minutis curiosè rixantur, sed qui de maximis rebus egregiè dicunt: nec eos qui aliis felicitatem pollicentur, cùm ipsi multarum rerum inopiâ laborent: sed eos qui, cùm de se modicè dicant, tamen & negotia dextrè obire, & inter homines versari commodè possunt: nec in vitæ mutationibus perturbantur, sed pulchrè moderatéq; ferre tam secundas res quàm adversas didicerunt.

Neque verò mireris nos multa dixisse, quæ & ipse intelligas. Neq; enim hoc me præteriit: sed satis scivi, cùm tanta multitudo sit & hominum privatorum & principum,

principum, alios horum aliquid dixisse, alios audivisse, alios horum à nonnullis facta vidisse, nonnulla etiam ipsos factitare. Verùm in his orationib⁹ quæ ad præceptiones de officiis pertinent, non requirenda est novitas: in quibus nec admirabile, nec incredibile, nec inusitatum quicquam comperitur. Is verò doctissimus habendus erit, qui eorum quæ in animis aliorum dispersa jacent quàm plurima colligere, & elegantissimis verbis potuerit explicare. Illud quoque mihi satis notum fuit, cùm & poemata, & alia scripta quæ suasione constant, omnes utilissima esse judicent, ea tamen non libentissimè audire: sed eodem erga illa esse animo, quo erga monitores: quos ut universi laudant, sic eorum congressus refugiunt; illorúmq; consuetudinem,

ἢ μὴ ἢ ἀρχόντων, οἱ μὲν τι τούτων εἰρήκασιν, οἱ δ' ἀκηκόασιν, οἱ δ' ἑτέρους ποιοῦντας ἑωράκασιν, ἔνια δ' αὐτοὶ τυγχάνουσιν ἐπιτηδεύοντες. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐν τοῖς λόγοις χρὴ τοῖς περὶ ἢ ἐπιτηδευμάτων ζητεῖν τὰς καινότητας, ἐν οἷς ὅτε παράδοξον, ὅτε ἄπιστον, ὅτ' ἔξω ἢ νομιζομένων ἐστὶν ὀφθὲν εὑρεῖν· ἀλλ' ἡγεῖσθαι τὸν ἐπὶ πλεῖστον, ὃς ἂν ἢ διεσταρμένων ἐν τοῖς ἢ ἄλλων διανοίας ἀθροίσῃ τὰ πλεῖστα δυνηθῇ. καὶ φράσῃ κάλλιστα περὶ αὐτῶν. ἐπεὶ καὶκεῖνό μοι φανερὸν ἦν, ὅτι τὰ συμβουλεύοντα καὶ ἢ ποιημάτων, καὶ τ' συγγραμμάτων, χρησιμώτατα μὲν ἅπαντες νομίζουσιν, ἧττον μὲν ἥδεσθαί γε αὐτῶν ἀκούσαντες, ἀλλὰ ταὐτὸ πεπονθασιν, ὅπερ περὶ τοὺς ἰατρεύοντας· καὶ γὰρ ἐκείνους ἐπαινοῦσι μὲν ἅπαντες, πλησι-

πλησιάζειν δ' ἐβέλον ἢ, ἀλλὰ μᾶλλον αἱρῶνται συνεῖναι τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν, ἀλλ' ἐ τοῖς ἐπανορθοῦσι. Σημεῖον δ' ἂν τις ποιήσαιτο, τὴν Ἡσιόδου καὶ Θεόγνιδος καὶ Φωκυλίδου ποίησιν. Καὶ γὰρ τούτους φασὶ μὲν ἀρίστους συμβούλους χρῆσθαι τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων· ταῦτα δὲ λέγοντες, αἱρῶνται συνδιατρίβειν τοῖς ἀλλήλων ἀνοίαις μᾶλλον, ἢ ταῖς ἐκείνων ὑποθήκαις. ἔτι δ' εἴ τις ἐκλέξειε καὶ τῶν παρεληλυθότων ποιητῶν τὰς κομψοτάτας γνώμας, ἐφ' αἷς ἐκεῖνοι μάλιστα ἐσπούδασαν, ὁμοίως ἂν καὶ περὶ ταύτας διατεθεῖεν. ἥδιον γὰρ ἂν κωμῳδίας τῆς φαυλοτάτης, ἢ τι ἔτυχε τεχνικῶς πεποιημένων ἀκούσαιεν. Καὶ τί δεῖ καθ' ἓν ἕκαστον λέγοντας διατείβειν; ὅλως γὰρ εἰ θέλομεν σκοπεῖν τὰς φύσεις τῶν ἀνθρώπων εὑρήσομεν τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ἥττους τῆς σιτίων χαίρε,

qui ſocii delictorum ſint, non eorum qui à vitiis dehortentur, expetunt. Id quod vel ex Heſiodi & Theognidis & Phocylidis poeſi cognoſcitur. Nam hos fatentur optima vitæ mortalium reliquiſſe conſilia. Sed quamvis hoc dicant, nugis tamen audiendis & recitandis tempus perdere, quàm in illorum præceptionibus verſari malunt. Præterea, ſi quis è præſtantibus Poetis, eas, quas ſententias vocant, in quibus illi potiſſimùm elaborârunt, excerperet: erga illas etiam eodem animo eſſent. Comœdiam enim vel nequiſſimam audire mallent, quàm poemata tam artificioſa. Et quid opus eſt ſingulis commemorandis immorari? Omnino enim, ſi naturas hominum conſideremus, pleroſque nec cibis ſalubertimis gaude-

re,

re, nec ſtudiis pulcherrimis, nec actionibus optimis, nec doctrinis utiliſſimis reperiemus, & eas voluptates habere maximas, quæ rationi utilitatis maxime repugnant: ac tolerantes & induſtrios videri eos, qui officium negligunt. Quare quî talibus quiſquam placeat, ſive moveat, ſive doceat, ſive utile aliquid dicat? qui præter ea quæ diximus, prudentibus etiam invident, ſimplices autem & candidos putant amentes: & ſic à veritate rerum abhorrent, ut nè ſua quidem negotia nôrint. Nam de ſuis quidem rebus cogitantes mœrent: de alienis autem cùm diſputant, gaudent: mallentque corporis ærumnam ferre, quàm animum exercere, & de re aliqua neceſſaria ſuſcipere cogitationem. Ac in congreſſibus quibus eos inter

χαίρουλας τοῖς ὑγιεινοτάτοις, ὥστε τῆ͂ς ἐπιτηδεύμάτων τοῖς καλλίστοις, ὥστε τῆ͂ς πραγμάτων τοῖς βελτίστοις, ὥστε τῆ͂ς μαθημάτων τοῖς ὠφελιμωτάτοις, ἀλλὰ παντάπασιν ἐναντίας τῷ συμφέροντι τὰς ἡδονὰς ἐχοντας, καὶ δοκοῦλας καρτερικὰς εἶ), καὶ φιλοπόνους, τοῦ τ' δεόντων τι μὴ ποιοῦντας. ὥστε πῶς ἄν τις τοῖς τοιούτοις ἢ παραινῶν, ἢ διδάσκων, ἢ χρήσιμόν τι λέγων ἀρέσειεν; οἱ πρὸς τοῖς εἰρημένοις λόγοις, φθονοῦσι μὲ τοῖς ἓν φρονοῦσιν, ἁπλοῦς ἡγοῦν) τοὺς νῦν ὄχ ἔχοντας· ὅπω) τὰς ἀληθείας τ' πραγμάτων φεύγουσιν, ὥστε ὐδὲ τὰ σφέτερ' αὐτῆ͂ς ἴασιν, ἀλλὰ λυποῦν) μὴ περὶ τῆ͂ς ἰδίων λογιζόμενοι, χαίρουσι δὲ περὶ τ' ἀλλοτρίων διαλεγόμενοι. βέλτιον δ' ἂν τῷ σώματι κακοπαθῆσαι μᾶλλον, ἢ τῇ ψυχῇ πονῆσαι, καὶ σκέψασθαι περί τινος τ' ἀναγκαίων. Ἕνεκα δ' ἄν τις αὐτοῦ

αὐτοὺς ἐν μὲ τοῖς πρὸς ἀλλήλους συμποσίοις λοιδορεῖσθαι, ἢ λοιδορουμένους, ἐν δὲ τοῖς ἐρημίαις ὠφελεῖσθαι, ἀλλ' εὐχομένους. Λέγω δὲ ταῦτα οὐ πάντων, ἀλλὰ τῶν ἐνόχων τοῖς ἐρημίοις ὄντων. ἐκεῖνο δ' ἔστι φανερόν, ὅτι δεῖ τοὺς βουλομένους ἢ ποιεῖν, ἢ γράφειν τι κεχαρισμένον τοῖς πολλοῖς, μὴ τοὺς ὠφελιμωτάτους τῶν λόγων ζητεῖν, ἀλλὰ τοὺς μυθωδεστάτους. ἀκούοντες μὲν γὰρ τῶν τοιούτων χαίρουσι, θεωροῦντες δὲ τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς ἁμίλλας ἄχθονται. Διὸ καὶ τῷ Ὁμήρῳ ποίησιν, καὶ τοῖς πρώτοις εὑρόντας τραγῳδίαν, ἄξιον θαυμάζειν, ὅτι καταδόντες τῇ φύσει τῇ τῶν ἀνθρώπων, ἀμφοτέραις τὰς ἰδέαις ταύταις κατεχρήσαντο πρὸς τὴν ποίησιν. ὁ μὲν γὰρ τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς πολέμους τῶν ἡμιθέων ἐμυθολόγησεν, οἱ δὲ τοὺς μύθους εἰς ἀγῶνας καὶ

seſe convicia vel dicere, vel audire: in ſolitudine verò non deliberare, ſed optare deprehendas. Atque hæc non in omnes dico: ſed in eos tantùm, qui his quæ diximus vitiis conſtricti ſunt. Illud certè palàm eſt, ſi qui ſunt, qui velint aliquid multitudini gratum vel carmine, vel ſoluta oratione ſcribere, iis exquirenda eſſe non utiliſſima quæque, ſed fabuloſiſſima. Nam talibus quidem audiendis gaudent: ſed cùm veras cauſas & certamina ſpectant, mœrent. Quamobrem Homeri poeſis, & ii qui primi Tragœdiã invenerunt, admiratione afficiendi ſunt: quòd animadversâ humani ingenii naturâ utriſque his rationibus ad poeſim ſuam abuſi ſunt. Alter enim certamina & bella ſemideorum fabuloſè perſecu-

tus est: alteri fabulas in ludos & actiones redegerunt, ut à nobis non audiri tantùm, sed etiam spectari possint. Cùm igitur talia exempla in promptu sint, demonstratum est, si quis auditores allicere studeat & demulcere, ab admonitionibus & consiliis esse abstinendum: illa autem & scribenda & dicenda, quibus populum gaudere videt. Hæc expossui propterea, quòd existimavi, oportere te, cùm non sis unus de multis, sed multorum rex, non ità sentire ut cæteros: neque vel res graves, vel homines prudentes metiri ac ponderare voluptatibus, sed in actionibus utilibus periculum illorum facere, præsertim cùm sapientiæ magistri de animi exercitationibus inter sese dissentiant. Nam alii disputationibus dialecticis, alii præceptis

πράξεις κατέστησαν· ὥς τε μὴ μόνον ἀκούσεσθαι ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ θεατὰς γενήσεσθαι. τοίνυν ἔν παραδείγμάτων ὑπαρχόντων, δέδοικα τοῖς ἐπιθυμοῦσι τὰς ἀνεργωμένους ψυχαγωγεῖν, ὅπ τῶ μὲ νουθετεῖν καὶ συμβουλεύειν ἀφεκτέον, ἐκεῖνα δὲ χρηπτέον καὶ λεκτέον, ὅτις ὁρῶσι τοὺς ὄχλους χαίροντας. Ταῦτα δὲ δηλοῦν, ἡγούμενός σε δεῖν οὐχ ἕνα τῶν πολλῶν, ἀλλὰ πολλῶν ὄντα κύριον, μὴ δ' αὐτῶ γνώμην ἔχειν τοῖς ἄλλοις, μηδὲ τὰ παιδιὰ δ' πραγμάτων, μηδὲ τὰς ἐν φρενῦσι τῶν ἀνθρώπων, δ' ἡδονὰς ἀνακρίνειν· ἀλλ' ἐπὶ τῶν πράξεων τῶν χρησίμων αὐτὰς δοκιμάζειν. ἄλλως τε ἐπειδὴ περὶ τῶν γυμνασίων τῶν τῆς ψυχῆς ἀμφισβητοῦσιν οἱ μὲν περὶ τὸ φιλοσοφίαν διατείνοντες, καί φασιν, οἱ μὲν διὰ τῶν

διὰ τῶν πολιτικῶν,

κᾶν, οἱ δὲ δι' ἄλλων πινῶν, φρονιμωτέρους ἑαυτῶν τοὺς αὐτοῖς πλησιάζοντας. Ἐκεῖνο δὲ πάντες ὁμολογοῦσιν, ὅτι δεῖ τὸν καλῶς πεπαιδευμένον ἐξ ἑκάστου τούτων ἰδίᾳ συμβουλὴν ἰδίᾳ διαφέρειν. Χρὴ τοίνυν ἀφέμενον τῶν ἀμφισβητουμένων, ἐπὶ τὸ ὁμολογούμενον ἐλθόντα, λαμβάνειν αὐτῶν τὸν ἔλεγχον, καὶ μάλιστα μὲν ἐπὶ τῶν καιρῶν θεωρεῖν τοὺς συμβουλεύοντας. εἰ δὲ μή, τοὺς καθόλου τῶν πραγμάτων λέγοντας, καὶ τοὺς μηδὲν γινώσκοντας τὸν λεγόντων ἀποδοκιμάζειν. ἅπαν γὰρ ὡς ὁ μηδὲν ὢν αὐτῷ χρήσιμος, ὅτ' ἂν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειεν· τοὺς δὲ νῦν ἔχοντας καὶ διαμένοντας ὁρᾶν πλέον τι τῶν ἄλλων, περὶ πολλοῦ ποιοῦ καὶ διερώτα, γινώσκων ὅτι σύμβουλος ἀγαθὸς χρησιμώτατον καὶ τυραννικώτατον ἁπάντων

eloquentiæ, alii per alia quædam suis auditoribus sapientiam pollicentur. In eo verò consentiunt omnes, benè institutum hominem oportere, ex his singulis sibi prudentiam consilii capiendi comparare. Sunt igitur ea de quibus ambigitur, missa facienda: & amplectendum id de quo nulla controversia est, ut rectiùs de illis judicetur. Ac consiliarii tum maximè, cùm res consilium præsens postulat, spectandi sunt: repudiatis iis qui in universum de rebus dicunt, quiq; nihil eorum quæ fieri debent intelligunt. Constat enim, eum qui sibi ipse prorsus est inutilis, nunquam alios effecturum esse prudentiores. Cordatos autem viros, & qui longiùs quàm alii prospicere possunt, magni facito, & colito: ac persuasum habeto, bonum consiliarium utilissimum, & rege omnium dignissimam

Dixeris maledicta cuncta, cùm ingratum hominem dixeris.

Trochaicus. *De supereſt.*

de Inimico non loquaris malum, si cogites.
Deliberare utilia, mora est tutissima.
Dolor decrescit, ubi quo crescat non habet.
Dedisce fiere fœminam, est mendacium.
Discordiâ fit charior concordia.
Deliberandum est diu, quod statuendum est semel.
Difficilem habere oportet aurem ad crimina.
Dum est vita grata, mortis conditio optima est.
Dari bonum quod potuit, auferri potest.
Damnum appellandum est, cùm mala fama lucrum.
Ducis in consilio posita est virtus militum.
Dives quod donat timeas, citò raptum venit.
Dimissum quod nescitur, non amittitur.
Difficilius est moderari ubi dolori debetur ultio, quàm ubi exemplo. Non est carmen.
Desunt luxuriæ multa, avaritiæ omnia.

ETiam innocentes cogit mentiri dolor.
Etiam peccato rectè præstatur fides.
Etiam celeritas in desiderio mora est.
Ex vitio alterius sapiens emendat suum.
Et deest & superat miseris cogitatio.
Etiam oblivisci quod sis, interdum expedit.

Ex

Ex hominum quæstu facta fortuna est dea.
Effugere cupiditatem, regnum est vincere.
Exuli ubi nusquam domus est, sine sepulchro est tanquam mortuus.

Trochaicus constabit, si legas,

Exuli cui nusquam domus est, sine sepulchro est mortuus.

Senarius, si sic,

Cui nusquam domus est, sine sepulchro est mortuus.
Etiam qui faciunt, odio habent injuriam.
Eripere telum, non dare, irato decet.
Exilium patitur, qui se patriæ denegat.

Versus ita videtur inversus,

Se denegare patriæ, exilium est pati.
Etiam capillus unus habet umbram suam.
Eheu quàm miserum est fieri metuendo senem?
Etiam hosti est æquus, qui habet in consilio fidem.
Excelsis multo facilius casus nocet.
Errat si quis existimat tutum diu esse regem.

Non est versus.

Ex sæua animadversione nulla regi gloria est.

Non sunt versus.

Evadere possunt pusilla mala, & verba dare, ingentibus obviam itur.
Excusationem quærere vitium est, omnia ad Deum relinque.
Eleemosyna non tam accipientibus, quàm dantibus prodest.
Exspe præmii solatium fit laboris.

Fidem qui perdit, quo se servat in reliquum?
Fortuna quum blanditur, captatum venit.

Fortunam citiùs reperies quàm retineas.
Formosa facies, mutua commendatio est.
Frustra rogatur, qui misereri non potest.
Fortuna unde aliquid fregit, casus est.
Fraus est accipere quod non possis reddere.
Fortuna nimium quem fovet, stultum facit.
Fatetur facinus is, qui judicium fugit.
Felix improbitas, optimorum est calamitas.
Feras, non culpes, quod mutari non potest.
Futura pugnant ut se superari sinant.
Furor fit læsa sæpiùs patientia.
Ficta citò ad naturam reciderint suam.

Ordo inversus est,

Citò ad naturam ficta reciderint suam.
Fidem qui perdit, perdere ultra nihil potest.
Facilitas animi ad partem stultitiæ rapit.
Fides, ut anima, unde abiit eò nunquam redit.
Fidem nemo unquam perdit, nisi qui non habet.
Fortuna obesse nulli contenta est semel.
Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.

Trochaicus.

Frustra, cùm ad senectutem ventum est, repetes adolescentiam. Trochaicus.
Falsum maledictum, malevolum mendacium est.
Fœminæ naturam regere, desperare est omnium.
Fer difficilia, facilia ut levius feras.
Fortuna nulli plus, quàm consilium valet.
Fortuna vitrea est, cùm splendet frangitur.
Feras quod lædit, ut quod prodest perferas.
Fortuna quam nemo invidet, gratum facit.
Facilius privatis ignoscitur, pertinaciter se judicantibus. Non est versus.

Fre-

Frequens vindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat. Non est carmen.

Nisi velis esse Trochaicum.

Vindicta frequens paucorum odium reprimit, omnium excitat.

GRave præjudicium est, quod judicium non habet.
Gravissima est probi hominis iracundia.
Gravis animi pœna est quem post factum pœnitet.
Gravis animus dubium non habet sententiam.
Grave est malum omne, quod sub aspectu latet.
Gravius nocet, quodcunque inexpertum accidit.
Gravior inimicus, qui latet sub pectore.
Gravissimum est imperium consuetudinis.
Grave crimen, etiam cum dictum est, leniter nocet. Non est versus.
Gradus à magnis ad majora fit.

HEu quàm difficile est gloriæ custodia!
Homo extra corpus est suum, cum irascitur.
Heu quàm est timendus, qui mori tutum putat!
Homo qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui. Trochaicus est.
Honesta turpitudo est pro bona causa mori.
Habet in adversis auxilia, qui in secundis commodat. Trochaicus est.
Heu quàm miserum est discere servire, ubi sis doctus dominari! Non est versus.
Heu quàm miserum est lædi ab illo, de quo non possis queri!
Hominem experiri multa pauperies jubet.

Heu dolor quàm miser est, qui in tormento vocem non habet! Trochaicus.

Heu quàm multa pœnitenda incurrunt, vivendo diu!

Habet suum venenum blanda oratio.

Homo toties moritur, quoties amittit suos.

Homo semper in sese aliud fert, in alterum aliud cogitat. Iambicus tetrameter.

Honestus rumor alterum patrimonium est.

Homo nescit, si dolore fortunam invenit.

Honestè servit, qui succumbit tempori.

Homo vitæ commodatus, non donatus est.

Hæredis fletus, sub persona risus est.

Hæredem ferre utilius est quàm quærere.

Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.

Non est versus, nec quæ sequuntur.

Hæc clementia principem decet, ut quocunque venerit mansuetiora omnia faciat.

Haud minus turpia sunt principi multa supplicia, quàm medico multa funera.

Honestius est, cùm judicaveris amare, quàm cùm amaveris judicare.

INferior horret, quicquid peccat superior.

Inimicum ulcisci, vitam accipere est alteram.

Id agas, tuo te merito nè quis oderit.

Invitum cùm retineas, exire incitas.

Ingenuitatem lædis, cùm indignum rogas.

In nullum avarus bonus est, in se pessimus.

Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.

Inopiæ parva desunt, avaritiæ omnia.

Carmen inversum, arbitror ità legendum,

Desunt inopiæ multa, avaritiæ omnia.

Instructa inopia est, in divitiis cupiditas.
Invitat culpam, qui peccatum præterit.
Jucundum est nihil, nisi quod reficit varietas.
Ingenuitas non recipit contumeliam.
Impunè in eum pecces, qui peccat rarior.
Ingratus unus miseris omnibus nocet.
In miseri vitia nulla contumelia est.
Ità amicum habeas, posse ut fieri inimicum putes.
Invidiam ferre, aut fortis aut felix potest.
In amore semper mendax iracundia est.
Invidia tacitè, sed minutè irascitur.
Iratum breviter vites, inimicum diu.
Injuriarum remedium est oblivio.
Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum.

Trochaicus.

Focum tacentem crimen faciat acrius.
In malis sperare bonum, nisi innocens, nemo solet.

Trochaicus.

In vindicando criminosa est celeritas.

Hi quatuor non sunt versus.

Inhonesta res est suos vincere, satis est potuisse punire.
Imago animi sermo est: qualis est vir, talis oratio.
In felicitate se erigere, est felicitatem submittere.
In felice felicitas est innocentia; nequitia ipsa pœna sui est.
Inimicum quamvis humilem, docti est metuere.
In calamitoso, risus etiam injuria est.
Judex damnatur, cùm nocens absolvitur.
Ignoscere humanum, ubi pudet cui ignoscitur.

In rebus dubiis plurima est audacia.
Ille nocens se damnat, quo peccat die.
Ità crede amico, nè sit inimico locus.
Iratus etiam facinus consilium putat.
Invidia loquitur, non quod est, sed quod subest.
Irritare est calamitatem, cùm te felicem vocas.
Jus omnem supra injuriam positum scias.

Trochaici duo sunt.

Imbecillos oculos esse, qui ad alienam lippitudinem suffunduntur.

LOco ignominiæ est, apud indignum dignitas.
Laus nova nisi oritur, etiam vetus amittitur.
Læsæ doloris remedium, inimici dolor.
Levis est fortuna, citò reposcit quod dedit.
Lex universi est, quæ jubet nasci & mori.
Lucrum sine damno alterius fieri non potest.
Lascivia & laus nunquam habent concordiam.
Legem nocens veretur, fortunam innocens.
Libido indicium est, quo levitas sapit.
Libido etiam cunctos sub vultu domat.
Lassa crudelitas, non est vocanda clementia.

Non est versus.

MAlignum fieri maximè ingrati docent.
Multis minatur, qui uni facit injuriam.
Mora omnis odio est, sed facit sapientiam.
Mala causa est, quæ requirit misericordiam.
Mori est felicis antequam mortem invocet.
Miserum est tacere cogi, quod cupias loqui.
Miserrima est fortuna, quæ inimico caret.
Malus est vocandus qui suâ est causâ bonus.
Monstro similis est avaritia unica.

Non

Non sunt versus.

Malè dissimulare laudari est.
Malus ubi bonum se simulat, tunc est pessimus.
Metus dum venit, rarum habet somnus locum.
Mori necesse est, sed non quoties volueris.
Malè geritur, quicquid geritur fortunæ fide.
Mortuo qui mittit munus, nihil dat illi, sibi adimit.

Non est carmen.

Minùs est quàm servus, dominus qui servos timet.
Magis hæres fidus nascitur quàm scribitur.
Malo in consilio fœminæ vincunt viros.
Mala est voluptas alienis assuescere. Trochaicus.
Magno cum periculo custoditur, quod multis placet.
Mala est medicina, ubi aliquid naturæ perit.
Malæ naturæ nunquam doctore indigent.

Trochaicus.

Miseriam nescire propriam, sine periculo est vivere.
Malè vivunt, qui se semper victuros putant.
Maledictum interpretando facies acrius.
Malè secum agit æger, medicum qui hæredem facit.
Minùs decipitur, cui negatur celeriter.
Mutat se bonitas cùm irrites injuriâ.
Mulier cùm sola cogitat, malè cogitat.
Male facere qui vult, nusquam non causam invenit.
Malevolus semper suâ naturâ vescitur.
Multos timere debet, quem multi timent.
Malè imperando summum imperium amittitur.
Mulier quæ nubit multis, multis non placet.

Reliqua

Reliqua non sunt carmina.

Misera est ægritudo animi, ob alienarum speciem miseriarum.

Misericordia non causam sed fortunam spectat.

Magnam fortunam magnus animus decet.

Magni animi est proprium, esse tranquillum, injurias atque offensiones semper despicere.

Mulicbre est, furere in ira.

Misericordia est vicina miseriæ, habet enim aliquid, trahitq; ex ea.

Malo veris offendere, quàm placere adulando.

Morbum esse scias, non hilaritatem, semper arridere ridentibus, & ad omnium æstimationem ipsum quoq; os diducere.

Nihil agere, semper infelici est optimum.

Nihil peccent oculi, si oculis animus imperet.

Nihil proprium ducas, quod mutari possit.

Non citò perit ruinâ, qui ruinam timet.

Non est carmen.

Nullus est tantus quæstus, quàm eo quod habes carere. Trochaicus.

Nescias quid optes, aut quid fugias, ità ludit dies.

Nunquam periclum sine periclo vincitur.

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.

Nihil prodest didicisse, si cesses bene facere.

Non est versus.

Non est tam bona fortuna, de qua nihil queri possis. Trochaicus.

Nusquam melius morimur homines, quàm ubi libenter vivimus. Negandi i

Negandi causa nunquam avaro deficit.
Nondum felix es si nondum te turba deridet.

Non est versus, sicut nec sequentes.

Nam si nullos inimicos tibi parit injuria, multos tamen invidia.
Non aspicias quàm plenas quisq; manus Deo, sed quam puras admoveat:
Non enim aliter nisi optimus animus pulcherrimus Dei cultus est.
Non aliter vivas in solitudine, aliter in foro.
Nihil petas, quod negaturus es.
Nihil negabis, quod petiturus es.
Nihil magnum est in rebus humanis, nisi animus magna despiciens.
Nihil interest quo animo facias, quod fecisse vitiosum est:
Nam facta cernuntur, animus non videtur.
Non quàm multis placeas, sed quibus stude.
Nequitia ipsa pœna sui est:
Nam mala conscientia sæpe tuta est, secura nunquam.
Neminem citò accusaveris.
Neminem citò laudaveris.
Nullum putaveris esse locum sine teste.
Nulla pusilla domus, quæ multos recipit amicos.
Nunquam scelus scelere vindicandum est.

Versus est, cæteri nequaquam.

Nimium altercando veritas amittitur.
Non multùm supra cum eminet quis, cui se irascendo exæquat.
Nobilis professio sapientia est quæ distributa, suscepta:

ſuſcipit incrementum, avarum dedignata poſſeſſorem, citò niſi publicetur, elabitur.

Non alia facies eſt quieti moderatique imperii, quàm ſereni cœli & nitentis.

Nullum ex omnibus clementia magìs, quàm regem aut prælatum decet.

Nemo poteſt perſonam diu ferre fictam, filia citò in naturam ſuam recidunt.

Nunquam liquidum ſyncerúmq; ex turbido venit.

Nullum moroſius eſt animal, majoriq; arte tractandum, quàm homo, & nulli magìs parcendum quàm homini.

OMne peccatum eſt actio.

Omnis actio eſt voluntaria, tam honeſta quàm turpis.

Omne ergò peccatum voluntarium eſt.

Ovitte excuſationem, nemo peccat invitus.

Omne vitium habet patrocinium ſuum.

Odia multorum ſub vultu, multorum ſub oſculo latent.

Omnia tum panduntur, cùm non dico ſi ceciderís, ſed ſi turbaveris.

Omnis affectus habet, ut in eo, in quo ipſe inſanit, in idem putet cæteros furere.

Omnes vitam differentes, mors incerta prævenit.

trochaicus ſenarius, reliqui non ſunt verſus,

Omnis diès velut ultimus ordinandus eſt.

Opinentur de te homines malè, ſed mali: diſplicere enim malis laudabile eſt.

Oratorem te puta, ſi tibiipſi quod oportet perſuaſeris

Odium oportet peccandi non metum facias.

Objur-

Objurgationi semper aliquid blandi admisce.
Optimum est semper ignoscere, tanquam si ipse pecces quotidie.
Optimum est majorum vestigia sequi, si rectè præcesserint.
Omnis doctor in vitæ ratione peccans, turpior est ob hoc, quòd in officio cujus magister esse vult, labitur.
Omni rei moderatio est adhibenda, quæ sanabilia ingenia distinguere à deploratis sciat.
O vita misero longa, felici brevis!

Hîc nulli sunt versus.

PEccandi duo sunt genera, aliud ex proposito, aliud ex negligentia.
Plerique metu cessant peccare, non innocentiâ: profectò tales timidi, non innocentes sunt dicendi.
Priusquam promittas, deliberes, & cùm promiseris, facias.
Priùs si negaveris, feciſſe postea fallere est.
Propter causam multa amico dabis, multa etiam causæ contra amicum.
Pro eo religiosior eris, quò melior.
Præstabis parentibus pietatem, cognatis dilectionem.
Præstabis amicis fidem, omnibus æquitatem.
Pacem cum hominibus habebis, bellum cum vitiis.
Pecuniæ imperare oportet, non servire.
Pecunia si uti scias, ancilla est: si nescias, domina est.
Pecunia non satiat avarum, sed irritat.
Putandus est rectè fortior qui cupiditates, quàm qui hostes subjicit.

Patria

Patria est ubicunque bene vixeris.
Pejora sunt tecta odia, quàm aperta.
Propterea loquax inimicus minùs quàm taciturnus offendit.
Proximum ad innocentiam tenet locum verecunda peccati confessio.
Plerique cùm stultis malè dicunt, ipse sibi convitium faciunt.
Perturpe est enim, quod objicitur, in objiciente cognosci.
Pulcherrimum est omnia præstare nihil exigenti.
Principium discordiæ est, aliquid ex communi proprium facere.
Plerique famam, pauci conscientiam verentur.
Potest non esse honestum quod non est liberum.
Parcendum est improbandis civibus, non aliter quàm membris languentibus.
Principum savitia bellum est.
Pestifera vis, valere ad nocendum.
Propè est ut libenter damnet qui citò.
Propè est ut non æquè damnet qui nimis.
Peocandi verecundiam facit ipsa clementia regentis.

Hîc nulli versus.

Quidam quosdam occidunt inimicos, non quia habeant, sed quia meruerunt.
Quàm inimicum est nocuisse, vel quia oderis lædere.
Quanto iniquius est odisse quia læseris!
Quàm magnarum virium est negligere lædentem.
Qui enim vindicat, sentit.
Quis sis interest, non quis habearis.

Quàm

Quàm magnum est non laudari, & esse laudabilem?

Qui succurrere perituro potest, cùm non succurrit, occidit.

Quid est homini inimicissimum? alter homo.

Qui propter pecuniæ vel libidinis amorem moritur, ostendit se nunquam sui causâ vixisse.

Quæ sunt maximæ divitiæ? non desiderare divitias.

Qui plurimum habet? is qui minimum cupit.

Quid est dare beneficium? imitari Deum.

Quis est pauper? qui sibi videtur dives.

Quidam inimici graves sunt, amici leves.

Quietissimè viverent homines in terris, si duo verba tolleréntur, scilicet meum & tuum.

Qui paupertatem timet, timendus est.

Quod tacitum esse vis, nemini dixeris.

Quia non poteris ab alio silentium exigere, si tibi ipse non præstas.

Qui æquo animo malis miscetur, malus est.

Qui servis crudelis est, ostendit in alios voluntatem non deesse, sed potestatem.

Qui ob hoc injuriam facit, quia potest, citò desinet quia fecit.

Quid dulcius quàm habere amicum, cum quo omnia audeas: cui sic credas ut tibi, cui sic loquaris quasi tecum?

Quàm multi tales amicos habere voluerunt, & ipsi tales esse non possunt?

Quomodo fortuna & favor inducit hominem?

Quicquid æquo plus futurum est, in partem humaniorem inclina vel prænondera.

Quid eo infelicius, cui jam malum esse necesse est?

Quid

Quid potest ab eo quispiam sperare, quem malum esse docuit?

Quotidie damnatur qui semper timet.

Quotidie est deterior posterior dies.

Quàm miserum est ab illo Ladi de quo non possis queri!

Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.

Quid refert quantum habeas? multò illud plus est quod non habes.

Hunc trochaicum citat Gellius.

Nec hic versus est, neque sequentes.

Repelli se homines facilius quàm decipi ferunt.

Respue crudelitatem & maurem crudelitatis iram.

Revera memoria beneficiorum fragilis est, injuriarum tenax.

Trochaicus.

Ridiculum est odio nocentis perdere innocentiam.

Res vera est, qui à multis timetur, multos timet.

Regibus est pejus multò quàm servientibus, reverà, quia isti singulos, illi universos timent.

Res ipsa ut ipsa ne possimus efficit, si polliceri properamus honesta.

Rem maximam promittit sapientia, ut te reducat tibi.

Recta ingenia debilitat verecundia, prava confirmat audacia.

Res optima est non sceleratos extirpare, sed scelera.

Rectè parentem & inferiorem laudas, quia pertinet ad gloriam tuam.

Res magna clementia est, indulgendo corrigere peccata, magis quàm vindicando.

Pro-

Proverbium sequens constat ex duobus hemistichiis *Maronis* 4. Georg.

Rege incolumi mens omnibus una est: amisso rupere fidem.

Regibus certior est, ex mansuetudine securitas.

Non sunt versus.

Sunt quorum corpus innoxium est, & in mille facinorum furias mens otiosa discurrit.

Si in clientelam felicis hominis potentisque perveneris, aut veritas aut amicitia perdenda est.

Si vis beatus esse cogita hoc primum, contemnere & contemni.

Si multis placuerit vita tua, tibi placere non poterit.

Solitudinem quærit, qui vult cum innocentibus vivere.

Stultum est timere quod vitari non potest.

Semper dissensio ab alio incipiat, à te reconciliatio.

Succurre paupertati amicorum, imò potius occurre.

Secretè amicos admone, lauda palàm.

Si bene te instituëris, pudeat te fieri deteriorem:

Si quis iracitur, pœnas ab alio expetit, à se exigit.

Severissimè enim nos adversum peccantes gerimus, & ipsi eadem committimus.

Severitas assidua amittit auctoritatem.

Sicut formosa pictura est, cujus nulla pars errat: sic formosus homo in quo nulla peccati macula est: proinde hoc domi, hoc foris, hoc omni genere vitæ teneamus, ut nobis inexorabiles simus, exorabiles illis qui non nisi sibi dare veniam nescivunt.

Si invitus pares, servus es: si volens, minister.

Scias

Scias eum multis virtutibus abundare, qui alienas amat.

Si non invideas, major eris: nam qui invidet, minor est.

Scis quid invidia est? dolor animi est ex alienis commodis.

Scito etenim illud, quia nulli invidetur, nisi prædito bonitate.

Sunt multi qui plurimùm verbis, non re contendunt, sed ipsa quæ spernunt clàm suffurantur.

Severitatem abditam clementia in procinctu habet.

Sapiens nihil facit quod non debet, & nihil prætermittit quod debet.

Servis imperare moderatè laus est.

Si vis amari ama.

Sapiens & si contentus est se, tamen amicum vult habere: sed hoc ob nihil aliud, nisi ut exerceat amicitiam, nè tam magna virtus jaceat: non ad hoc, ut dicit Epicurus, ut habeat qui sibi assideat, succurrat: sed ut habeat cui assideat quando libet.

Non sunt versus.

Timidus cautum se vocat, sordidus parcum.

Tutissima res est nihil timere, præter Deum.

Tene semper vocis & silentii temperamentum.

Tamen & in hoc incumbe, ut libentiùs audias quàm loquaris.

Tacere qui nescit, nescit loqui.

Tristitiam si potes, nè admiseris.

Turpe præbet spectaculum animus æger.

Turpia nè dixeris: paulatim enim pudor rerum per verba discutitur.

Transi-

Transibit sermo in affectum, si honesta loquamur.
Tolerabilior est qui mori jubet, quàm qui malè vivere.
Tolerabilior pœna non posse vivere, quàm nescire.
Talem diligentiam exhibe in amicitiis comparandis, nè incipias amare quem deinceps possis odisse.
Tu primum exhibe te bonum, & sic quæras alterum tui similem.
Turpius nihil est quàm cum eo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris.
Tam omnibus ignoscere, quàm nulli crudelitas est.
Tam diu à periculo aberit populus, quàm diu sciet ferre frænos.
Tyrannus à rege distat factis, non nomine.
Tam deest amare, quod habet, quam quod non habet.

VIx quisquam in bonum, nisi ex malo transit.

Nullum est carmen.

Vis omnibus esse notus? priùs effice ut neminem noveris.
Vis habere magnum honorem? dabo tibi magnum imperium, impera tibi.
Vide, si adhuc malus es, similibus parce:
Verùm si esse desisti, quare aliis locum emendationis abscindas?
Vitium priùs fuit observatio, nunc mos est.
Verum nos dicimus, nec audimus.
Utilis educatio & disciplina, mores facit.
Unde & bona consuetudo excutere debet, quæ mala incussit.
Viriliter feras quod necesse est, dolor enim patientiâ vincitur.

Verba

Verba à rebus, non perſonis, accipienda ſunt.
Vires tuas amici beneficiis, inimici injuriis, ſentiant.
Vita omnis brevis eſt, ideo immortalitas eſt mors honeſta.
Vir eſt bonus qui in tantũ perduxit animum ſuum, ut non modò nolit peccare, ſed etiam non poſſit.
Ut aliquid auri extrahamus, terrã pervertimus: ut ſummum bonum occupemus, ſcrutari pctũ pigeat?
Virtutem cujus progreſſum videris, non exitum ejus finémq; deſperes.
Ulcera animi magis quàm corporis ſananda ſunt.
Volunt homines ità præceptum eſſe ut vivunt, non ità vivere ut præceptum eſt.
Utendum eſt divitiis & non abutendum, ut nec à ſuperioribus contemnaris, nec ab inferioribus timearis.
Ubi uſitata remedia non procedunt, tenta contraria.
Ubi diſcrimen inter bonos & malos ſublatum eſt, confuſio ſequitur & vitiorum eruptio.
Venia eſt pœnæ debitæ remiſſio.
Ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium metu: ſic animadverſiones magnarum poteſtatum terrent latiùs quàm nocent.
Utinam ea lex homini eſſet, ut cum telo ſuo frangeretur, nec ſæpiùs liceret nocere quàm ſemel.

ZElum de Deo tantùm habeas, non contra homines.
Zelari autem hominibus vitioſum eſt.

Chriſtianæ ſententiæ, ne Z non haberet locum.

Proverbiorum Senecæ FINIS.

LUCII ANNÆI SENECÆ De Moribus.

AD LECTOREM.

Gnomologia & hæc est, non ex Seneca tantùm. Insunt Mimi, & Pythagoræ quædam, postremò fit mentio diaboli. Videntur quædam decerpta ex proverbiis Solomonis.

OMne peccatum actio est. Actio autem omnis voluntaria est, tam honesta quàm turpis, ergò voluntarium est omne peccatum. Tolle excusationem, nemo peccat invitus. Educatio & disciplina mores faciunt, & id unusquisque sapit, quod didicit. Itaque bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit. Nihil interest quo animo facias, quod feciſſe vitiosum est, quia facta cernuntur, animus verò non videtur. Nulla autem laus est, non facere, quod facere non possis. Quid homini est inimiciſſimum? homo. Libenter feras, quod necesse est; dolor patientiâ incitur. Expecta, quò nunquam pœniteas. Non quàm multis placeas, sed qualibus studе. In hoc tantùm incumbe, ut libentiùs audias, quàm loquaris. Multos vitam differentes, mors incta prævenit. Itaque omnis dies velut ultius judicetur. Tristitiam, si potes, nè admiseris: sin minùs, nè ostenderis. Amicos secretò monе, palàm autem lauda. Verba rebus non rsonis æstimanda sunt. Oratorem te puta, si

tibi ante omnes, quod oportet, persuaseris. Ut licentiosa mancipia animi imperio coerce, linguam, ventrem, & libidinem.

Quod tacitum esse velis, nemini dixeris: Si tibi non imperâsti, quomodo ab alio silentium speras? Ridiculum est aliquem odio nocentis, innocentiam perdere. Monstro similis est avaritia senilis. Quid enim stultius est, quod dici solet, quàm via deficiente viaticum augere? Omnes infantes terra nudos excipit. Non pudet te fortiùs nasci quàm vivere? Quid dulcius quàm habere amicum, cum quo audeas ut tecum omnia loqui? Magnarum virium est negligere lædentem. Quid sis interest, non quid habeas. Nondum es felix, si te turba non deriserit. Si vis beatus esse, cogita hoc primum, contemnere, & contemni. Priusquam promittas, deliberes, & cùm promiseris, facias. Id agas, nè quis meritò te oderit, & si nullos inimicos tibi faciet injuriâ, multos facit invidia. Solitudinem quærat, qui vult cum innocentibus vivere. Optimus ergo animus & pulcherrimus, cultor Dei est. Abstinebis ab alieno matrimonio. Præstabis parentibus pietatem, cognatis indulgentiam, omnibus æquitatem. Devitabis crudelitatem, & ministram crudelitatis iram. Non aliter vivas in solitudine, aliter in foro. Nihil petas, quod negaturus fuisti: nihil negabis, quod petiturus fuisti. Pacem cum hominibus habebis, cum vitiis bellum. Hoc habet omnis affectus, ut in quod ipse insanit, in id putet etiam cæteros furere. Maximum in eo vitium est, qui non melioribus vult placere, sed pluribus. Vis omnibus esse notus

prius

priùs effice ut neminem noveris. Bonum eſt non laudari, & eſſe laudabilem. Stultum eſt timere quod vitare non potes. Malè opinentur de te homines; ſed mali. Malis diſplicere eſt laudari. Malè de te loquuntur homines: bene autem loqui neſciunt, non quòd merearis, ſed quòd ſolent ipſi. Homines de me mala loquuntur: Si meritò, non quòd loquuntur moleſtum eſt, ſed quòd non mentiuntur: Si immeritò, innocentiâ meâ nunc maximè gaudeo. Apparet enim illos vera objecturos, ſi poſſent. Non es in patria tua? Patria tua eſt ubicunque bene es: illud enim per quod bene eſt, non eſt in loco, ſed in homine. Nihil magnum, niſi magno animo deſpicias. Quæ ſunt maximæ divitiæ? non deſiderare divitias. Quis plurimum habet? is qui minimum cupit. Quid eſt dare beneficium? Deum imitari. Honeſtius eſt cùm judicaveris amare; quàm, cùm amaveris, judicare. Diſſenſio ab alio incipiat, à te autem reconciliatio. Succurre paupertati amicorum, imò occurre. Amicos ſecundæ res parant, adverſæ certiſſimè probant. Pejora ſunt tecta odia quàm aperta. Itaque te minùs, loquax inimicus offendit, quàm tacitus. Mira ratio eſt quæ non vult prædicari, quod gaudet intelligi. Ignoſci amat qui quod odit oſtendit. Eleemoſyna non tam accipientibus, quàm dantibus prodeſt. Et ſpes præmii ſolatium ſit laboris. Quæ eſt maxima egeſtas? avaritia. Pecuniæ imperare oportet, non ſervire. Nullum conſcium peccatorum tuorum magis timueris, quàm temetipſum. Alium potes effugere, te autem nunquam. Quis eſt pauper?

qui ſibi videtur. Qui à multis timetur, multos timet. Infelicem erige, ſubmitte felicitatem. Vera felicitas innocentia eſt. Nequitia ipſa ſui pœna eſt. Mala conſcientia ſæpe tuta eſt, ſecura nunquam. Libidinis initia continebit, qui exitum cogitabit. Beneficii accepti nunquam oportet obliviſci, dati protinus. Inhoneſta victoria eſt, ſuos vincere. Satis eſt pœnarum, potuiſſe puniri. Inimicitias tardè ſuſcipe, amicitias exerce moderatè. Simultates depone. Imago animi ſermo eſt. Qualis vir, talis oratio. Magna res eſt vocis & ſilentii temperamentum. Qui æquo animo malis immiſcetur, malus eſt. Neminem laudaveris, neminem citò accuſâris, ſemper puta te cum diis teſtimonium dicere. Vitium eſt omnia credere: vitium nihil credere. Utendum eſt divitiis, non abutendum. Nullum putaveris locum ſine teſte. Excuſationem quærere, vitium. Fortior eſt qui cupiditatem vincit, quàm qui hoſtem ſubjicit. Eſt difficillimum ſeipſum vincere. Iniquè iraſcitur, qui ſuis iraſcitur. Amare ſic incipe, tanquam non liceat deſinere. Magnarum rerum, etiam ſi ſucceſſus non fuerit, honeſtus eſt ipſe conatus. Nobilitas animi eſt generoſitas ſensûs. Nobilitas corporis, generoſus animus. Honeſtior eſt quem ſenectus ad otium retulit, quàm quem in otio invenit, & tunc incipiat laborare. Turpe ſpectaculum præbet animus æger. Nunquam ſit triſtis facies tibi incommodo alterius. Homo ſum, quomodo devitabo ſecundarum rerum invidiam? Si felicitatem jactaveris, cum multis dives eris. Quomodo optimè potentiam tuebor? impotentiâ occaſionis. Locum tenet innocentiæ

nocentiæ proximum confessio. Ubi confessio, ibi remissio. Iræ severitas in vitio est. Boni judicis est dispensare, non tantùm quid damnandum sit, sed quatenus. Proximus justitiæ modus, severitas. Quietissimam vitam agerent homines in terris, si hæc duo verba à natura omnium rerum tollerent, meum & tuum. Qui paupertatem timet, timendus est. Vires tuas amici magis sentiant beneficiis quàm injuriis. Pecunia non satiat avaritiam, sed irritat. Homo semper indigens pecuniâ, scit cum ejus moribus convenire. Mihi crede: non potes dives esse, & felix. Auribus frequentiùs quàm linguâ utere. Quicquid dicturus es, antequam aliis dixeris, dicito tibi. Nihil interest inter iratum & insanum, nisi unus dies: Alter non semper irascitur, alter semper insanit. Facillimè bonis fruêris, si ea vitaveris quæ vituperaveris. Cùm alienos timueris, teipsum verere: nam sæpe sine aliis esse potes, sine te nunquam. Si bene te instruxeris, pudeat deteriora facere. Quod persuaseris erit diuturnum, quod coegeris, erit in in occasione. Alteri semper ignoscito, tibiipsi nunquam. Tantum ad virtutem adjicies, quantum ex voluptate abstraxeris. Stultum est somno delectari, & quasi mortem moliri. Bonis nocet, qui malis parcit. Multi cùm aliis maledicunt, sibiipsis convitium faciunt. Nihil turpius quàm qui objicit alteri sibi objiciendum. Ut licentiosa mancipia, animi imperio rege, linguam, libidinem, ventrem, cupiditatémque: comprimere si non potes, paululum remitte. Sæpe ea quæ sanari ratione non poterant, sanata sunt tempo-

re. Qui propter pecuniæ amorem & libidinem moritur, ostendit se nunquam sui causâ vixisse. Turpia nè dixeris, paulatim enim pudor per verba discutitur. Sic habita, ut potiùs laudetur dominus quàm domus. Consuetudinaria res est innocentia: non damnatio, sed causa hominem turpem facit. Merito damnari pœna est: damnatio immerita damnantis est calamitas. Si aliquid cogitaveris, citò apparebit conversantibus. Videri vis ab omnibus? nunquam bonæ honestatis simulatio longa est. Quod de alienis tractas, ex tuis judices. Multi sunt obligandi, pauci offendendi, nam memoria beneficiorum facilis est, injuriarum tenax. Objurgationi semper aliquid blandè admisce: faciliùs enim penetrant verba quæ molli vadunt viâ, quàm quæ asperâ. Nemo enim se mutat, qui mutari se desperet. Quoties scribens aliquid dicturus es, scito morum tuorum te hominibus chirographum dare. Qui in servos irascitur & crudelis est, satis ostendit potestatem adversus alienos sibi defuisse. Qui nescit tacere, nescit loqui. Faciliùs est pauperi contemptum effugere, quàm diviti invidiam. Bonus fruitur bonâ conscientiâ. Malis hominibus tutissimum est citò fugere. Nulla pusilla domus, quæ multos amicos capit. Scire uti paupertate, maxima felicitas. Acuit intentio, frangit animum remissio. Nunquam scelus scelere vincendum est. Bonus vir est, qui eo perduxit affectu animum, ut non tantum peccare non velit, sed etiam non possit. Regnantibus pejus multo periculum, quàm his qui judicantur: hi enim singulos ti-

ment, illi universos. Nunquid fortis fortem se gloriabitur, quem corporis ægritudo efficit infirmum? Nunquid dives in opibus suis gloriabitur, cujus spem fur vel tyrannus abrupit? Nunquid nobilitas gloriabitur, affectibus nonnunquam indignis & miserabilibus serviens? Diabolus aliquando se gloriabitur interfectorem tuæ misericordiæ, nunc intergemiscit socios tuæ beatitudinis. Fugienda sunt omnibus modis, & abscindenda igni ac ferro, totóque artificio separanda, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à mente, à civitate seditio, à domo discordia, à cunctis rebus intemperantia. Dixit quidam, amicorum omnia esse communia, & amicum seipsum esse alterum. Duorum temporum maximè habendam curam, & eorum quæ acturi sumus, & eorum quæ gessimus. Post Deum veritatem colendam, quæ sola homines Diis proximos facit.

FINIS.

Nè post terminum immodica esset vacatio, ex tibi

Oratio habita à Mro *Doddington*, Græcarum literarum Professore, coram Serenis. Regina ELIZABETHA in area Collegii *TRINITATIS*.

Σον τῇ σῇ Μεγαλοφρεσύνῃ ἡ Ἀκαδημία τ Καντabριγίας ὀφείλει, (λαμπρὸν μάλα ἄναστα) φρὸς τὴν τῆς θεραπείας ἀπὸ θεῦ πάντων Κυβερνήτα δεσμὸν, καὶ μνήμων τ εἰς φίλομα θεῖς ἀπόνας ἐλαθρειωτάτης ἐυεργεσίας, τῇ παρέσῃ ἀ μόνον ἡλύπει ἰμερσίσῃ, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τῇ φρογλωτία θαυμασία τὸ σπεδαῦς καὶ μελέτας ἡμελέρας βουδεῖν, μεγίσῳ ἢ δη τεκμηρίῳ σωίεμεν. Καὶ ὄφιν ἡ τῆν ψυχῶν ἡμετέρων ὀπὶ τέτῳ μὴ καθαρὰ ἀνάγνωσις, τοῖς πολλοῖς ἴσως ἀχ ὅτω φρόφανὴς· ἢ διότι ἡ ἐξεσία ἡμῆν ἐν τῇ ἀμοιβῇ τοσαύτης χρησοπ[illegible] ὅπολε ἀντίροπός ὄφι, ἢ διὰ πὼ τῆς ὀρετῆς καὶ ὀπσήμης ὡς φρὸ αὐγλω πνα ἐν σῇ μεγαλειότηλι ἀποσίλεσαν, ἢ ὀπιθυμῆσιν ἡμῶν τὸ σὸν ἐγκώμιον ἰδία φωνῇ ὀπιμαρτυρεῖν, ὅλον νόημα τῆν καρδίαν ἀμαυρεῖ. Οὐδὲν ἔν ὄφιν ἐλλιπὲς, πὼ φρὸς τὸ ἀφόνες σὼ ἀξιότηλα θαυμάζειν, εἰς ἐκεῖνο, τὸ τὰς χάρελας μεγίσας ἐναργῶς εἰδέναι, καὶ φρὸ ὀφθαλμῶν ἀχ ὅιοι ὄντες, ὀπτρεπίμεθα. Τίς γὰρ ἔτο ἀ φρόθυμος καὶ ἄσημος ὃς σὼ μεγαλοφρέσυναν ὥφρο φρὸς ἄλλα μέρη τῆς πολλέας ἐρθόπλιν ἔσαι, καὶ καθαιρῶ σπλήθρῳ δέξασθαι ἅπαντα

Illustrissima Regina;

QUantum est quod Majestati tuæ debeat *Cantabrigiensis* Academia (præter illud observantiæ vinculum, quo Deus nos teneri voluit supremus idem omnium Moderator, gratissimámq; tuæ in absentes bonarum artium studiosos liberalis beneficentiæ memoriam) nos è præsenti hoc tuo, cùm adventu jucundissimo, tum verò imprimis mirifico studia nostra curásq; refocillandi favore, maximo jam & certissimo argumento intelligimus. Atq; hæc sanè nostrarum animarum sincera est & sine fuco recordatio; licèt multis fortasse non sit æquè manifesta, vel quòd tantæ tuæ bonitati impar sit nostra retribuendi facultas, vel quòd divinus ille, quem vibrat Majestas tua, splendor nobis laudes tuas oratione aliquâ proferre meditantibus omnem mentis perstringat aciem. Nil igitur aliud nobis reliquum est, nisi ut Dignitatem tuam tacitè admiremur, atq; huic sedulam operam impendamus, ut quoniam referendis gratiis haud simus idonei, eas animo certè quas possum⁹ maximas habeamus. Quis enim hoc non promptè & lubenter faceret, qui Majestatem tuam videret, post alias Imperii tui provincias sartas tectas, atq; intaminato sceptro administratas, hæc nostra

ἅπαντα, ὅτῳ ἡμέτερα γυμνάσια διασκοπῆσαι, καὶ ἐν αὐτοῖς τὸ ὅλον πλῆθος ἀπειθῶν, ὡς θεία τινὶ ῥάβδῳ, ἀγειρέσαι, αἰδαίνοιτο; Ἐπιποθοῦμεν καὶ ἐν ὥρᾳ τῇ ἡδίστῃ τοῦτο ὁδῷ συλλήβδην ἅπαντες, τῆς ἢ Μητρὸς ἢ Τιθωνῆς ὀνόματι Ἀκαδημίας, ἧς τῇ ἀπορρησθοκήτῳ εὐδαιμονίᾳ ὁμῶς σωπηδόμεθα νῦν ὃ χωρεῖς οἱ τότε σωτῆρες τῆς ἀγίας καὶ διαφορᾶς Τειάδος σωτῆροι πρώτιστοι ὑπερβαλόντως, καὶ καινῆς αἰτίας ἕνεκα, καὶ ἰδίας τινὸς εὐγενείας, καὶ τῇ σῇ μεγαλοπρεπείᾳ μᾶλλον προσηκούσης, ἣν ὁ μόνος σὺ παρὰ πᾶσι, Εὐκλεεστάτη βασιλέως Ἐρρίκη ὀγδόη, εὐεργετημάτων, ἃ νῦν ἐμφανῆ προσκλέπτει, ἀλλὰ καὶ τὰ εἰς ἀρετὴν καὶ διδαχὴν ἐρωτός, τε καὶ φρενῖτιδος δοκεῖ ἤδη κληρονομεῖν. Θεὰς δ' ἴδοι ὅσῳπερ σὺ ἀγλαότης, εἰς ὁμοίωσιν τῆς μελίττης, τὸ κέντρον πρὸς ἔπειξιν ἐπιηδυμάτων ἐκλίπουσα, μὴ βραχὺ ἀναχωρήσει, ὅτῳ ἡμεῖς ἀνὰ πάσῃ ἡμέρᾳ τὴν σὴν ἀναμνήσει μετριότητι καὶ σοφίας, μᾶλλον ἐπ' ἑαυτοὺς ὀρεγώμεθα, καὶ ἐν τῇ τάξει, ἣν τυγχάνομεν, τὰ τῆς ἀρετῆς σῇ λαμπρότητι καθήκοντ, καὶ τῇ κοινῇ πατρίδι διατελοίμεθα, τῶν ἑκατέρας πολλῆς μὴ δόξης ἀσφάλειαν σωτηρίαν αἰτοῦντες δήπεσι.

HÆc ad Celsitudinis tuæ intelligentiam commodiùs; jam, si Majestati tuæ ità placuerit, nec erit molestum, quò cæteris omnibus nostræ erga te observantiæ testificatio appareat, paratí sumus Latinè dicere.

Respondit Regina.

Ego intelligo, non est opus.

Ἀναγνώσκω ὑμῖν τὴν ἔκθεσιν.

gymnasia invisentem, totúmq; inibi studiosorum numerum quasi divinâ quâdam virgulâ, congregantem? Hoc certè nos in primo aggressu jucundissimo fecimus universim omnes Almæ Matris Academiæ nomine, cui improvisam hanc suam & incredibilem felicitatem impensè gratulamur. Nunc verò idem privatim facimus majorem in modum Collegii Sanctæ & individuæ Trinitatis Contribules; neq; solùm ob communes illas causas, verùm etiam propter peculiares quasdam, & Maiestatem tuam spectantes propiùs, ut quæ Patris tui *Henrici* Octavi, Regis longè celeberrimi, non tantùm Magnificentiam (cujus luculentum sanè præ oculis habes argumentum) sed & erga virtutem literásq; amorem summum, & prudentiam ejus singularem videris hæreditario jure possedisse. Faxit Deus Opt. Max. ut, quamvis Serenitas Tua (quod apes solent) postquam aculeum fixerit, nósque ad literarum studia concitaverit, protinus sit avolatura; nos tamen modestiæ tuæ & prudentiæ non immemores, nosmet indies ipsos magis magísque stimulemus, & pro sua quisq; statione cùm Serenitati tuæ, tum communi omnium patriæ debitam præstemus observantiam, pro utriusq; vestrûm summâ cum gloriâ securitate assiduis precibus comprecantes.

VErùm, Lector, cave putes hæc Latina esse, quæ summus vir se concepisse dixerat; sed quæ ego verti ὀλιγωρῶν μὲ ἡ ὑπερχάπκων, *nè non aut sua* ἀντίστιχα *haberent Græca, aut hæc oratio ad reliquarum formam componeretur.*

G. D.

BIBL CANT ACAD